



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio V. De Attributis negatiuis nomine in ordine ad creatam
cognitionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

Christus ad Eucharistiam descendit sine transitu per medium: mouereturque propriè, si tunc in celo esse delineret. Et de Angelis ita moueri probabile est. Tertio, eo permisso, consequentia non tenet. Nam motus intrinsecus in ipso mobili est, ac proinde continuus in eo futura videtur; secus autem actio, & effectus in agente. Imbecillius adhuc opponitur Omnipotentiam infinitam non fore, atque adeo neque Omnipotentiam, si loco finito concluderetur, effectusque alligata: ergo è suo conceptu, ac proinde Deus, quia omnipotens, debet esse ubique. Hoc argumentum probat rem singularem, & inauditam in Theologia: nempe Immenfitatem esse de conceptu formali Omnipotentia specialiter, ut dicebamus n. 2. sine. sed nihil probat: quia infinitas potentia diuinæ non per ordinem ad locum, sed ad effectus, quos de se potest, intelligitur: ac proinde, licet loco concludi absolute nequeat, quia recipia Immenfitas, sicut alia diuina est: non tamen, quia, quia Omnipotentia formaliter est, eamue formaliter infert.


6. Reliquum est autoritatibus aduersariorum occurrere: & Aristoteles quidem illam veterum rationem non probauit, sed reuulsi, atque expressè reiecit, ut vidimus. Pauli locus non viget, in ratione enim quam reddit, ut Deus à nobis longè non sit, tandem posuit expressè nos in ipso esse: quasi ratione motus, & operationis non fidendum doceret. Deinde ex infinitate potentia, quæ operationem quouis procedit, præsentia item infinitatem recte probat, sicut de quouis alio attributo posset: cum quoduis aliis equalè in Deo esse debeat: licet vnum non inferatur ex alio, nec operatione præuiam Dei præsentiam in loco, ubi futurus effectus est, requirat. Sed certe ut docet Vazquez cap. 4. n. 17. à versu *Postremo denique* Paulus ibi non de coniunctione Dei nobiscum in loco, sed in cognitione loquitur, nostram autem Dei cognitionem ex eius operatione legitime, certèque inferri certissimum est. Tertio ut idem Vazquez an. 14. folia sihi, ac si profunda, felicique Scriptura, Patrum, atque vniuersum aliorum mentium indagine, eo loci Paulus (imò & oppositè etiam loco Plantes) more humano (& fors ex eorum ad quos loquebatur sententia) operationem Dei ubique causam assignat, ob quam Deum in omni loco esse cognoscere debeamus: non autem ob quam ipse in omni loco sit. Id quod docuerant Chrysost. hom. 38. in Acta, & Theophyl. in eum locum: nempe, quasi exemplo corporalium nos à Deo edoceri ex eius in nobis operatione, & virtute, qua viuimus, fumus, & quocumque ferimur nos, minime licere Dei ignorantem; sicut ignorare non licet aeternum ubique diffusum esse cum ipso viuamus: et ratio, qua in loco aer ponitur eius quantitas sit, non operatio ea positione in loco posterior. Sic etiam Hierem. 23. iuxta vulgatam, & 70. cum dixisset se non è vicino solum, sed & à longè videre, ac proinde virtutem, quantumuis in abditis occurreret à se videndum: ut ex humano iudicandi more homines neminem à se occultandum suadeat, subdit. *Nunquid non calum, & terram ego impleo*: cum tamen non inde habeat quod cognoscat ubique: sed quia id visioni corporeæ nostræ euenire vidimus, ut propè posita nusquam lateant. Sed, ut dixi, eis omnibus locis de Dei intuitionem, & conspectu sub spiritibus, & faciei etiam vocibus omnium ubique sermo solummodò est. Quod probat nostro capiti accommodatius, ut dicebam, ex præsentia Dei ubique: quod autem dicat Plantes: *Illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*. Solum significat eo etiam scientiam Dei, quam dexteram vocat, & manum rationalis, & prouida operationis, seu prouidentiam extendi, Idem tandem est Anselmi, & Patrum sensus.



DISPUTATIO V.

De Attributis negatiuis nomine, in ordine ad creatam cognitionem.

IMMORTALITATIS Attributum, licet nomine etiam negatiuum sit, neque connotet creatam cognitionem: quare, & ad præcedentem disputationem videretur spectare, quia, tamen idem prorsus, quod Dei aternitas est, quæ quidem in Attributis negatiuis nomine non numeratur, in disputationem sequentem merito remittitur. In hac igitur disputatione quinta de incognoscibilitate diuinæ Attributo agitur. Et Primò de incognoscibilitate Dei oculis corporeis, siue inuisibilitate absoluta. Secundò de Dei inuisibilitate oculis mentis creatæ, non absolute quidem, sed viribus naturæ. Tertio de inuisibilitate à mente creatæ absolute, siue supernaturaliter adiuta, an Deo conueniat? Quartò de Dei incomprehensibilitate propria. Scio Theologos communiter quæstiones hæc in tractatu de visione Dei disputare, vel eorum occasione totum hic de Dei visione tractatum annexere. Cum autem visio actus noster sit, non Dei, nisi, ut obiecti, atque insuper sit supernaturalis noster actus, & beatificus, vel formaliter, vel præsuppositiue, ac proinde plura principia de ente supernaturali in genere accuratè examinanda, & statuenda supponat, & importunè hoc tomo de Deo vno, cuiusque actibus, & Attributis inserta, & non recta methodo, nondum statutis entis supernaturalis principis tractari visa nobis semper fuit: quare t. 4. nostrarum Theologicarum Controuersiarum tractandam referuauimus, ubi de actibus supernaturalibus omnibus & singulis agemus. Quoniam verò incapacitas obiectiua Dei (aliquibus, vel aliquo saltem horum modo) ut videatur Attributum Dei citra dubium, imò ex Fide est (1. ad Coloss. 10. *Qui est imago Dei inuisibilis*. Et 1. ad Timoth. 1. n. 11. *Regi seculorum immortalis inuisibilis*. cap. 6. *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* quæ ferè habentur 1. Ioann. 1. ad Hebr. 11. *Inuisibilem tanquam videns sustinuit*) cum de omnibus Dei Attributis agimus non potuit omitti, neque ad locum proprium controersie de visione referuari. Maxime, cum neque ex principis de ente supernaturali in vniuersum, neque ex specialibus de Dei visione maiore sui parte pendeat.



QVÆSTIO I.

Sitne Deus oculis corporeis visibilis absolute, an inuisibilis?

ICET quæstionis præsentis difficultas explicatione non egeat, maiori tamen, quam vulgò adhibetur, indiget examine.

CERTAMEN I.

Varia hac super re placita.

1. **D**Eum oculis corporeis videri posse absolute, ac sine limitatione vlla docuerunt Idololatræ, ut videre est apud Cyprianum de Idololorum vanitate. Necmirum: cum Deos suos corporeos crederent. Vnde, & de Christianis hæreticis, qui Deum corporeum aestimabant, idèque Anthropomorphitæ dicebantur, corporeis oculis visibilem censebant, teste Epiphani. hæresi 60. Similiter Maximinus Ariandus

Arrianus cum pluribus Arrij discipulis, Dei Filium Deum negantes, visibilem etiam corporeis oculis effutiebant, sicque de facto à Patribus veteris testamenti visum teste August. 3. contra Maximin. cap. 26. & 2. de Trinit. c. 8. & epistolis 111. 164. 178. Athanas. d. cum Arrio in Concil. Niceno. Gregor. Nazian. tract. de Fide circa finem, quem Nysseni potius esse suspicatur Valent. 1. p. q. 12. p. 1. eum verò errorem tenere ante Arrianos, hæretici alij refutati ab Irenæo lib. 4. c. 37. & Novatus lib. de Trinit. qui falsò adscribitur Tertuliano; & hi quidem Arriani Idololatriæ, & Anthropomorphitis irrationabiles, & in consequentiis aberrarunt. Licet enim Dei Filium, seu Verbum creaturam esse effutierint, tamen reliquis creatis longè præstantiores esse asseriebant: ac proinde spirituales substantiam Angelis perfectiorem Dei Filium ferebantur: substantiam verò spirituales corporeis oculis videri posse longè difficilius est, quam corpoream cuiusmodi oculis posse videri.

2. Ex his verò, qui Deum tresque diuinas Personas verum Deum, spirituales, & incorporeum profitentur, nemmo, etiam in aliis hæreticis, Deum oculis corporeis visibilem absolute docuisse inuenitur: imò id à Catholicis asseri calumniatus fuit Celsus apud Origenem 7. contra Celsum. Verum S. August. 22. de Ciuit. cap. 29. dogmatica, & Catholica Dei spiritualitate asserita (qua erat questionibus æquandis subtilitate) in dubium, ac disputationem vocasse videtur, an Deus corporeis Beatorum oculis per spirituales aliquid modificatis, videri possit: imò an de facto videatur quin in affirmatiuam partem valde propendet his verbis. *Vis itaque præpollentior oculorum erit illorum: non ut acutius videant, quam perhibentur videre serpentes, vel Aquila (quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vigeant, nihil aliud possunt videre, quam corpora) sed, ut videant spiritualia: solum autem loquitur Augustinus inquitendo, non statuendo. Et quidem certissimum legenti integrum caput erit, iam pro hac, iam pro illa disputando. Nec tamen quidquam est sententia propria definire & sanè epist. 111. eadem iudicii sui ea de re suspensione vltus Augustinus fuit, ubi Fortunatum precatur, ut in seipsum sibi Episcopum reconciliet: quod apud ipsius Augustini scripta legeret, Deum oculis corporeis nec visum, nec videndum vltquam esse: quod scriptum à se ait, ne error Anthropomorphitarum videretur consentire. Et vero errore videri spiritualis Deus possit? Hæc ipsius verba restantur. Si autem iste frater, quæ de spirituali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audierit docentem, ita ut ille quoque placidus me audiat inquirentem, habebit unde iure succenscat. Ex quibus constat Augustinum, licet aliis locis sæpe vitanda suspitionis de errore illo gratia, Deum oculis corporis videndum expresse negarit: tamen absolute dubium semper in ea questione mansisse; quare inutiliter contra hoc nostri Vazquez de Augustini mente iudicium, huius testimonia à plerisque coarctantur.*

3. Nihilominus noster Hieronimus Drexelius piæ satis, atque eruditus viz. 1. lib. 2. de Celo cap. 15. §. 4. vlt. affirmatiuæ sententiæ non subscribat, in eam tamen inclinat, de sensibus etiam visibus, qui de facto sunt, eleuatis à Deo; de quibus Doctores reliqui negatiuam, non leuibus in oppositæ affirmantiæ censuris, sequuntur. De aliis verò possibilibus absolute oculis, & potentis sensitiuis posse, diuinitus saltem clarè, & in se cognosci Deum censent Patres Valentia citatus p. 8. line. Arriaga d. 5. de anim. n. 29. & 1. p. in hac q. Ripalda manuscripto de vis. d. 2. q. 4. Quiros tom. 1. tract. 3. dist. 21. sect. 5. sæpèque à nobis citati Murciani Recentiores. Reliqui tamen Doctores, Deum nullæ rei, materialisque potentia cognoscitua clarè videri, in seve percipi posse constanter (ad huc diuinitus) affirmant: quorum plerisque questionis decursu memorabimus. Licet inter eos lis adhuc sit, an negatiua sententia sit ratione naturali demonstrabilis: quæ de re nihil ego, qui de veritatibus Theologicarum probationibus, harumque qualitatibus questionibus pertæsus semper fui. Si enim eis locus in Theologia, aut Philosophia daretur, earum pauculis disputandis tempus nos, & papyrus deficerent.

CERTAMEN II.

Tam Physicè, quam Metaphysicè, Deum corporeis oculis videri, repugnat.

1. **P**ræfixa conclusio plures continet, pro quibus diuersa fundamenta sunt: licet vltima in titulo contenta probatio omnes simul probet. Prima conclusio, Deus naturaliter oculis corporeis, qui sunt, clarè videri non potest. Est conclusio dogmatica, & Fidei proxima, vt ex dicendis pro conclusione secunda constabit. Neque in ea errare aui sunt illi adhuc Hæretici, qui Deum non corporeum asseruerunt. Conuincitur etiam ratione, adhuc contra Hæreticos, qui corporeum Deum putabant. Etenim ex coniunctione obiecti ad potentiam, atque experta in omnibus carentia perceptionis illius obiecti per illam, potentia incapax, naturalis saltem, tam physicè, quam metaphysicè demonstratur: atqui Deus nobis ac potentia visuæ nostre proximus adest, cuiuscumque substantiæ sit, (ni immetus etiam errore alio negetur) atque omnes carentiam visionis eius experimur: ergo saltem naturalis incapax, & impotentia videndi Deum est in oculis corporeis nostris. Maior est euidens, inde enim demonstratur incapax, & impotentia olfactus, auditus, & tactus percipiendi colorem, & visus percipiendi sonum, & saporem: quod autem anima sibi præsens adest, nec tamen clarè intellectu percipiat pro hoc statu, non arguit eius impotentiam, & incapacitatem intrinsecam naturalem, quia id prouenit ex dependentia à sensibus, quam pro statu hoc immersionis, & coniunctionis cum corpore habet.

2. Secunda Conclusio. Oculi corporei, qui de facto sunt, nequeunt, adhuc diuinitus, Deum clarè videre, vltiove supernaturali dono ad visionem claram Dei eleuari. Hæc conclusio ita vera est, ac certa, vt eius contradictorium, vt minimum, temerarium sit: est siquidem contra omnes Patres, & Doctores abique vltio fundamento firmo. Etenim Augustinus de opposito solummodo dubitauit, ac disputatiue egit loco illo de Ciuitate Dei cap. 9. post medium, contra præcorum Philosophorum rationem, quod corporea non nisi per corpus, & spiritualia non nisi per spiritum percipi queant: quæ ratio satis eueritur, si in aliquo sensu possibili potentia, & capacitas videndi Deum admittatur, atque epist. citat. 111. cum Patribus, quos ibi refert, negat oculis corporis potentiam videndi Deum, quam menti coheredit: menti autem eam Catholicæ, solum diuinitus, supernaturaliter, & per electionem concedit: Ergo comodo oculis negat: quod discernen etiam ponit, t. 2. epist. 6. ad Italic. & epist. 112. & 1. de Trinit. cap. 6. lib. 2. cap. 8. lib. 8. & de Genesi ad lit. cap. 27. ita ponderant. Quirós sect. 1. num. 3. frigidè tamen: Nam de oculis nostris Beatus ipse loquitur, etiam vt spiritualibus Dei dono, dubius tandem Augustinus videtur. Nec refert Patres plures relos à Vazq. d. 178. & à Soar. 1. de Angel. cap. 5. putasse Angelos corporeos esse, & tamen non dubitalle, quod in Euangelio expressum est, Nempe Deum videre. Neque enim ita corporeos Angelos censuerunt, vt rationales, atque nobilioribus, quam hominum, animis constantes, quibus intellectualiter Deum inuenerunt, negarent: quod non satis animaduertit Quiros sect. 5. n. 30. Nequit ergo nostra huic contradicens conclusio à temeritate excusari. Ratio enim dubitandi, cui tandem non concessit Augustinus oppositam constanter toties ex propria sententia dicens, sententiæ eius auctoritatem minime conciliat. Maxime cum epist. illa 6. pendens, dicat, *Vnde similes ei erimus 1. Ioan. 3. Inde igitur videbimus, dicat, Vnde similes ei erimus, quia autem dementissimus dixerit corpore nos, vel esse vel futuros similes Dei?*

3. An vero Conclusio nostra de Fide sit, vt censent Valentia, & Arrabal, Fideiue proxima, vt putant Vazq. & Soar. ac proinde opposita Hæresis, vel errori proxima & erronea sit censenda: viderint alij ex locis præfat. disputationis, quibus Deus absolute imitabilis dicitur sine limitatione vlla: quod cum de oculis mentis absolute

dici nequeat, nisi cum addito supernaturaliter, de oculis
solum corporis absolute venit intelligendum. Secundo
verba Pauli 1. ad Timoth. 1. *Immortali, & inuisibili*.
magis ad hanc conclusionem momenti sunt. Cum enim
æque inuisibilis, æque immortalis asseratur ibi Deus: ac
Deum mori, seu mortalem adhuc diuinitus, & potentia
absoluta esse ob ibi asseram eius immortalitatem repu-
gnat: ergo & esse visibilem adhuc diuinitus, oculis cor-
poris ex inuisibilitate inibi assera repugnat. Succe-
dit concors Patrum in hanc conclusionem conspiratio
Augustini locis citatis. n. 2. Athan. Ambros. Hieron. Naz.
citatis ab eodem Augustino epist. illa 111. quos, & Origene-
nem, Ambros. & alios recitat Salas 1. 2. t. 2. d. 5. sect. 1.
imò S. August. epist. proximè citata ita tandem rem, qua-
si dubius, relinquere, tamen contra Episcopum illum ali-
ter sentientem, cui placidum pollicetur auditum, multa
à se proponenda pro sua hac, & nostra conclusione reser-
tur: conueniunt in eadem conclusione Scholastici omnes
ad vnum S. Thom. 1. p. q. 12. art. 3. vbi Caiet. Bannez,
Molina, Valencia citatus. Vazq. d. 40. cap. 2. Soar. 2. de
Attribut. cap. 6. Arribal tract. 1. t. 1. d. 1. c. 1. Heriz d.
43. Granad. tract. 4. d. 1. Quirós supra sect. 2. Ripalda, &
Recentiores Murciani supra in suis manuscriptis de vi-
sione.

4. A ratione verò plura argumenta superant à po-
teriori, & absurdis. Primo enim, si potentiam visum ex-
tra obiecta, ad quæ extendi perpetuis experimentis didi-
cimus, diuinitus diuagari posse admittamus: non erit vi-
de audire colore clare percipere, & olfactum perci-
pere sonum, aut saporem diuinitus posse negemus. Secun-
do: neque erit ratio vlla, ob quam reliqui sensus à visu
Deum clare percipere supernaturaliter nequeant. Ac
proinde Deus propriè, & in se audit, olferit, palpari, gu-
stareque diuinitus poterit, quæ in nullius mentem, imò
neque in amentiam hæctenus venerit. Si autem, vt hæc vi-
rentur absurda, obiectum sensus cuiusque sphaera iuxta
ea, quæ ab vnoquoque eorum percipi hæctenus experti
sumus, statuenda, definiendaque à sanis Philosophis, &
Theologis est: Cum huc vltique nihil aliud, quam colo-
rem, & lucem percipi à potentia visua, quæ de facto est,
expertis fuerimus, nihil vltra ab ea percipi, etiam diuini-
tus posse fatendum necessariò est: ac proinde nec Deum,
qui nec lux est, neque color, diuinitus ab ea percipi pos-
se: secundum absurdum: quia, si visus hominis diuini-
tus, & eleuatione per donum aliquod supernaturali, siue
transiens, siue permanens eleuari posse ad Deum clare
videndum admittatur: poterit etiam brutorum visus, qui
non magis coarctatum, quam ille, obiectum habet, imò
circa illud idem acrior est, & viuidiùs, acutiùsque versatur,
eleuari diuinitus ad Deum clare videndum: vti ex ratio-
nibus, & modis omnibus, qui ab aduersariis excogitari
sunt ad visum nostri eleuationem, imò, qui excogitari pos-
sunt facile patebit.

5. Ratio verò à priori, quæ ex eadem experientia
sphaera obiecti visus nostri desumitur, variè à Doctoribus
proponitur, varièque à pluribus impugnatur. Quomodo-
cumque enim efformetur in hanc recidit tandem: vt po-
tentia cognoscitiua circa aliquod obiectum versari diuini-
tus, & per eleuationem supernaturalem queat, circa
quod naturaliter versari nequit, opus est, vt virtutem in-
trinsecam, & saltem partialem, seu inchoatam habeat
ad versandum circa illud. Hoc principium physicè, &
metaphysicè euidens est. Nam cum cognoscere obie-
ctum non sit vt cuiusque cognitionem eius producere (siue
ea in actione, siue in qualitate consistat) cum Deus, habi-
tus, & species nostram cognitionem producant, & tamen
non ea cognoscant: sed requirunt, vt ea productione cog-
nitionis viuat actu cognoscens: cognitio enim vita
actualis est cognoscens. Cum autem ex alia parte vita
actualis viuentis essentialiter sit motus, seu actio viuen-
tis, quæ hoc se perficit, ac mouet: necessum est, vt in vi-
uente cognoscere intrinseca sit virtus actiua ad id, quo
actu viuunt, perficit, ac mouet sese: ac proinde ad cogni-
tionem circa obiectum, quod possit, siue naturaliter, siue
supernaturaliter versari: quin tota adequata virtus ad
versandum circa obiectum aliquod indi à Deo viuenti
possit. Ex quo principio euidenti, vt dixi, tam physicè,
quam metaphysicè t. 5. nostratrum Controuers. qui est se-
Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tomus I.

cundus de ente supernaturali contra Recentiores Thomistas
evidens habitus supernaturales totam rationem, & vir-
tutem agendi actus supernaturales esse non posse. Contra
quos ibi notabamus in opposito principio repugnantiam,
quam nobiscum afferunt in præfenti, vt Deus oculis cor-
poris nostris videatur, stare non posse: quare apertè
hosce vtrobique à consequentia debita, sicut in aliis suis
doctrinis deficere. Secundo: idem principium probatur
ab absurdo manifesto: quia alias, si tota actiua virtus ad
viuendum actu, seu vitaliter operandum, & cognoscendum
obiectum indi à Deo possit, lapis, aut lignum vitaliter ope-
rari, & cognoscere posset: quod est non viuentia, super-
naturaliter viuentia esse posse: quidni brutum supernatu-
raliter homo esse queat?

6. Eo autem principio omnino euidenti pro maiori
posito, hæc subsumitur minor. Atqui in visu nostro nulla
est intrinseca adhuc inchoata virtus, seu partialis ad ver-
sandum circa Deum: ergo nec diuinitus eleuari potest,
ad versandum circa Deum, seu ad eum videndum. Con-
sequentia est euidens. Tota difficultas est in adtribuenda
minori, atque à variis obiectionibus, & instantiis Docto-
rum vindicanda. Ea vero minor ab omnibus ratione ali-
ter, vel aliter efformata, sic tandem probatur. Nulla po-
tentia cognoscitiua habet intrinsecam virtutem, adhuc
partialem, seu inchoatam, ad versandum circa obiectum,
quod extra sui obiecti sphaeram positum est: ergo in no-
stro visu ne partialis quidem, seu inchoata virtus intrinse-
ca est ad versandum circa Deum, siue ad eum videndum.
Maior est per se, & ex terminis nota: quare tam physicè,
quam metaphysicè euidens. Minor non est per se nota,
imò neque ita euidens apparet (vt dicendis cert. 3.
constabit) quin à pluribus solum probabilis in omni ordi-
ne, tam physico, quam metaphysico iudicetur. Mihi ve-
rò, vt minimum physicè euidens semper fuit. Physica enim
principia ex his, quæ sub physicam, & constantem no-
stram, & inconcussam experientiam cadunt, euidencia in
eo ordine euadunt. Sub talem vero experientiam venit
visum nostrum, nonnisi ad colorem, & lucem, tanquam
ad obiecta extendi, extra quæ remotissimè Deus est: ergo
Deus extra sphaeram obiectiui nostri visus positiui eui-
denter physicè est, vt in illa minori assumebatur. Huc, vt
dixi, recidunt argumenta omnia, quæ aliis verbis exten-
dunt Recentiores, de impotentia cuiusvis potentie ad vi-
uendum alio vite genere, quam sibi connaturali virtute
innato, & intrinseco dicere volunt actiua, & passiva (quam
vocant capacitatem) vt videre est in nostro Quirós sect.
2. An verò repugnantia hæc physica visus nostri ad Deum
clare videndum, metaphysicam etiam repugnantiam, tam
pro eo, quam pro omni materiali visu, & sensu possibili
inducat, videbimus cert. sequenti.

CERTAMEN III.

*Implicat, etiam metaphysicè, visum, siue
sensum aliquem è possibilibus eleua-
ri ad Deum videndum.*

1. Conclusio est omnium Theologorum, si illos ex-
cipias memoratos cert. 1. n. 3. & nehi quidem,
possibile positiuè asserunt sensui aliquo, etiam è possibili-
bus, Deum in se, & clare percipi posse, sed solum de
repugnantia, aut non repugnantia non constare, vt vide-
re est in Valencia citat. p. 8. & aliis citatis. Sed hic ta-
men repugnantia ostendenda à nobis est sensus materia-
lis cum potentia innata percipiendi in se, & clare Deum.
Hanc assignant nonnulli: quia sensus quini essentia
sua materialis, & diuisibilis potentia est, cuiusque
actus diuisibilis, & materialis necessariò erit: ergo ne-
quit attingere obiectum spirituale, & indiuisibile, cui-
usmodi est Deus. Sed hanc rationem in Philosophis
antiquis parui videret fecisse Augustinus citato loco,
de Ciuit. Dei: imò impugnasse ex eo, quod materialia
à potentiis spiritualibus percipiuntur: quare mirum non
est.

esse, si spiritualia à corporeis percipi queant. Illud de diuisibilitate, & indiuisibilitate eodem modo confutatur: quia indiuisibili potentia, & actu spiritualibus corporea obiecta, & diuisibilia percipiuntur. Quidni à potentia diuisibili corporea: prater quam quod animam, & potentiam sensibilem diuisibilem essentia sua esse falsum est: cum animas imperfectiores brutorum indiuisibiles esse longe probabilius sit.

2. Dices cognitionem corpoream obiecti indiuisibilis fore necessariò in duplici loco naturaliter, quod implicat: quia totius obiecti perceptio erit in omnibus organi partibus, & singulis. Sed responderetur facile, negando cognitionem illam indiuisibilis obiecti esse incontinuum, & indiuisibilem in se, ac proinde non esse totam in singulis partibus organi, sed in omnibus simul: sicut de speciebus impressis corporeis, quæ de facto sunt, philosophamur. Sed adhuc pro impotentia sensus, & cognitionis materialis ad percipiendum obiectum spirituale dices, quia experimur res, quo magis extensionis inexteres, & corporeitatis, minus esse sensibus corporeis perceptibiles: quare implicat id, quod omnino fugit extensionem, & materialitatem aliquo modo esse sensu materiali perceptibile: atqui spiritualia omnia, ac præcipue Deus, omnino fugiunt materialitatem, & extensionem: ergo sensu nullo materiali percipi poterunt. Sed responderi potest experientiam hanc de sensibus, qui de facto sunt esse, ac proinde non necessariò de omni sensu possibili, idem euincere. Secundo: adhuc de sensibus, qui de facto sunt, non probari eiusmodi experientia, quod indiuisibilia corporea, quæ omnem etiam extensionem fugiunt, clarè percipere diuinitus non possint.

3. Secunda repugnantia ex proportionem necessaria inter potentiam, & obiectum delinuitur: nulla enim inter potentiam materiale, & obiectum spirituale, maxime nobilissimum, & spiritualissimum, vti Deus est, inuenitur. Ceterum proportio inter potentiam cognoscitiuam, cuiusque obiectum requisita entitate, siue perfectione entitativa non est, vt patet in potentia creata intellectiva, quæ Deum increatum ens nobilissimum, acque infinitum potest clarè videre. Quo alteri repugnantia ex improportionem cognitionis materialis ad obiectum spirituale, ac Deum præcipue occurrat: tertia repugnantia nostri Herize, n. 31. sumitur ex eo, quod potentia cognoscitiua, quo perfectiores ex extensionem sphaeram obiecti necessariò, & essentialiter habent, ac proinde intellectus, qui perfectior omni sensu etiam possibilis est, debet habere sphaeram obiecti extensionem: quam non haberet, si Deus sensu aliquo possibili percipi posset. Nam eodem creata omnia, vt pote imperfectiora, percipi valent. Sed primo: vt potentia cognoscitiua nobilior sit, sat est si perfectioribus actibus, quam ignobilior omnino idem obiectum possit percipere. Secundo: ex eo, quod potentia nobilior obiectum percipere queat, non statim inferri posse attingere reliqua minus perfecta, vt patet in visu, qui colorem, & lucem potest percipere, non autem ignobiliora his plura.

4. Licet autem subtiliter excogitata hæc sint, vt præfata repugnantia emolliantur, censio adhuc repugnantiam metaphysicam, etiam esse in eo, quod sensus vilius materialis possibilis sit, qui Deum, imò neque spirituale aliquid percipere queat. Cui ostendendo præmitto, principia metaphysica plura experientis certis, & constantibus à nobis comparari, & non ex phisicis motibus sensibilibus externis præcis habentur, ex quibus principia phisica comparantur. Experientia vero, quæ de cognitionibus, siue materialibus, siue immaterialibus capiuntur, è motibus sensibilibus præcis non capiuntur, cum, ne corporeæ quidem cognitiones sensibiles externe sint. Quare, quæ ex eiusmodi experientis euidentia principia sunt, late solum phisica principia dicuntur, præcipueque sunt animalica. Secundo animaduerto: ex principis siue phisicis, siue animalicis per similes experientias habitis metaphysica alia principia deduci, vniuersalia quidem, ac proinde à materia, & singularibus abstractiora, ac ideo propriè metaphysica: quæ quidem rationi naturali metaphysicæ stando, ita debent esse veneranda: vt, si fide, quæ licet obscurior nobis, certior tamen omni naturali euidentia metaphysica est, omnino ficta,

rata, atque indefectibilia debeant à Philosophis, & Theologis haberi.

5. Hinc prima repugnantia etiam clarè percipiendi Deum sensu quouis materiali possibili sit ex principio illo metaphysico ex sensibus, qui de facto sunt in eis deprehensa peritum: quod spirituale nequit à potentia corporea percipi. Quod non neglexit Augustinus, licet rationem dubitandi pro sua subtilitate moueret: cum tandem rationi dubitandi nunquam acquieuerit, sed potius eam neglexerit, oppositam semper ei conclusionem constanter vique tenens: imò in ea ratione dubitandi solam improportionem entitativam obiecti, & potentie attendit; non autem potentie, & obiecti, ex qua à nobis, & Scholasticis hætenus repugnantia petita est. Sic ergo ratio repugnantie huius prima instituitur. Potentia, siue sensus materialis, quæ talis, improportionata est in genere potentie, cum obiecto spirituali quouis, maxime cum Deo: atqui nulla potentia ita improportionata cum aliquo obiecto potest adhuc diuinitus circa illud versari: ergo neque vilius materialis sensus, aut vilius potest circa spiritualia, ac Deum præcipue versari. Maior probatur quia nullo sensu corporeo animus rationalis, aut eius habitus, & actus naturales, ipsis satis communiter percipiuntur naturaliter: & tamen obiecta prorsus naturalia sunt, ad quorumque perceptionem principium supernaturale non requiritur: atqui obiecta naturalia, & quæ principium supernaturale ad sui perceptionem non requirunt satis approximata potentie cognoscitiuæ, nequeunt non ab ea naturaliter percipi, nisi ob improportionem potentie cum illis tanquam obiectis: ergo potentie materiales, quæ tales sunt improportionate cum spiritualibus, ac proinde cum Deo, improportionem non solum entitativam, sed potentie & obiecti.

6. Dices primo improportionem illam potentie, & obiecti, seu obiectum non competere sensibus, qui de facto sunt, ratione sensus corporei, vt sic, sed quæ tales sensus sunt in suis speciebus constituti. Sed contra primo: quia, si ex speciali ratione talis sensus competeret ea improportio visui, non competeret olfactui, qui diuersam, imò aduersam rationem speciem habet (& idem est de reliquis) ergo cum omnibus ea improportio competat, ratione communis omnibus corporeitatis, seu materialitatis competet. Dices secundo, ratione prædicati communis non vniuersalis corporeitatis, sed inferioris, & strictioris, in quo sub prædicato corporei sensus nostri cum possibilibus conueniunt. In primis solutio est contra Patres citatos cert. 2. n. 3. (maxime contra Augustinum epist. illa 111. qui, ne Deum corporeum putare crederetur, sensu corporeo videri posse negabat) qui ex prædicato corporei non posse Deum sensibus nostris percipi aiunt. Secundo, si sensus possibiles sunt visus & eiusdem rationis cum nostris erunt: si autem sensus communis pro omnibus obiectis nostrorum omnium percipiendis cogitur, sat à nostris distinguetur, neque cogitabitur, quin in eo sit aliquid speciale, ob quod spiritualibus obiectis improportionatus esset, nisi sit prædicatum corporei, ob quod sensus interius, qui ad omnia sensuum obiecta extenditur, improportionatur. Dices neque ab intellectu spiritualia percipi pro hoc statu, vt patet, etsi ipsi propè ad sint, neque tamen inde argui horum cum illo obiectum improportionem: verum huius ratio est, dependentia intellectus pro hoc statu à sensibus, & phantasmatis in cognoscendo, quam sensus non habent.

7. Secunda repugnantia sit ex principio eadem experientie inuenienti, & alio principio metaphysico, nempe nullam potentiam extra sphaeram sui obiecti dinagari, adhuc diuinitus, ad aliud posse. Constat autem sensus materiales. v. g. visum extra colorem, & lucem nihil aliud obiecti habere: nihil autem spirituale, nedum Deus, color, & lux, aut sensibile aliquid est. Cogitare vero potentiam sensibilem, quæ extra sensibilia vagetur extra principia omnia, imò contra omnia principia metaphysica est: ac proinde metaphysicè repugnat. Quare, vt bene Soar. & Herize inutilis, & chimærica est eiusmodi cogitatio. Tertia repugnantia est: quia nulla potentia inchoatam, & partialem ad versandum circa illud chæ, & in se percipiendum habere, in quod aliquo modo licet imperfecto

perfectio) naturaliter non versetur, ut patet in potentiis omnibus, quæ nouimus, ex quibus principium hoc metaphysicum desinitur. Et probatur à contrario: quia ipsi aduersariis consentientibus (ut videre est in Quir. sect. 4.) ideo in intellectu potentia inchoata, & partialis ad videndum clarè Deum admittitur, quia aliquo modo (licet imperfecto) versari circa Deum potest. Ideoque Deus intra sphaeram obiecti intellectus esse conuenitur.

CERTAMEN IV.

Virgentiores repugnantia huius probationes.

1. **E**T hæc quidem satis euincunt ex principiis metaphysicis, quæ habemus, præfatam repugnantiam euincit, potentia autem opposita possibilitatem non solum ex illis non probari, sed neque ex illis probabilem esse posse. Sed virgentiores proferamus repugnantia huius argumenta ex purè metaphysicis naturalibus principiis aduersus interduem ex principiis certioribus fidei, quibus Christiana Theologica Metaphysica vti debet. Quarerepugnantia huius ratio sit. Implicat potentiam sensitiuam esse intellectum; atqui, si tendere posset, adhuc diuinitus, in Deum clarè percipiendum, potentia illa esset intellectus: ergo implicat potentia sensitiua, quæ in Deum in se, & clarè percipiendum tendere posset. Distinguitur maior Quir. esse intellectum obiectiue, & extrinsecè, id est extendi ad omnia obiecta intellectus; neque, & subiectiue & intrinsecè; concedo: & opposito modo concessa, & negata minori labalicit consequentia. Sed contra est, quia per ipsum sect. 2. n. 12. & per indubitatam Metaphysicam potentia vitales cognoscitiue diuersificantur, atque specificantur per obiecta; non quidem tanquam per intrinsecè constituenta potentias physice, vel metaphysice, sed tanquam per essentialia connotata, & argumenta infallibilis identitatis potentia, si eadem omnino obiecta habeat, & diuersitatis si diuersa; ergo, si eadem omnino obiecta illius potentia, & intellectus sint, potentia illa sensitiua intellectus non solum extrinsecè, & obiectiue, sed intrinsecè, & subiectiue, seu in ratione potentie erit.

2. Quod autem idem omnino obiectum potentia illius, & intellectus foret, ac sub eadem omnino ratione probatur, ac simul duplex, quæ esse posset, eius solutio præoccupatur. Deus enim sub nulla alia ratione cognoscibilis ex parte obiecti, & sui est, nisi sub ratione entis, & veri: ergo sub ea ratione ab illa potentia sensitiua cognoscetur. Vnde sit ea omnia, quæ entia, veraque sint, sub ea etiam ratione potentia illius sensitiue obiecta esse: ac proinde idem omnino, & sub eadem potius ratione potentia illius, & intellectus obiectum esse, ut erat ostendendum. Nec refert: non esse eandem potentiam: quia illa esset corporea, intellectus autem spiritalis. Id enim est implicatio, quam deducimus: nempe potentiam, quæ ex identitate adæquata obiecti, & rationis, sub qua tendendi nobilissimæ, & spiritalis potentia eadem cum ipsa, ac proinde æquè nobilis, & spiritalis conuenitur, corpoream, & spiritalem ab aduersariis implicatoriè affirmari. Inde vero inferitur fore eiusmodi potentiam diuersam, atque appetitum ei respondentem liberum, etiam circa honestum, quod eo sensu proponi absque dubio posset: vnde bene, & malè agere moraliter, præmiūque vitæ æternæ promereri: vnde & eius immortalitas æquè, atque animi rationalis infertur: quæ omnia, licet Arriaga citatus deuolet, adeo sunt absurda, ut de quorū sana mens, non mouet: solum, sed exhorreat. Nec video quo pacto neget sensus illius spiritalitatem, merito eius, & immortalitatem admittit: nisi, ut duo contradictoria, quæ virtute admittit, expresse non fateatur. Modestius illationem negant Quir. dicens, sensum illum spiritalia, ac Deum solum apprehensū posse pertingere, non autem iudicari, & discursū: qui actus perfectioris rationalis nostri animi sunt, ad quos proinde ab imperfectiori illo eliciendos consequentia non fit. Ceterum cum ea sub ratione

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

veri perciperet, vis circa illa iudicatiua negari eiusmodi sensui non potest, ut constat ex dictis controuersiis nostris de anima: discursus verò actus imperfectior est iudicio per se terminorum noto, & euidenti, uti in Deo, & Angelis patet. Denique visionem Dei rationalioris vitæ perfectiorem esse actum, quam Fides, & quæuis alia abstractiua cognitio, ut certum statuit Quir. certamine 2. n. 19.

3. Quinta repugnantia huius ratio sit. Quia Dei clara visio est propria, & spiritalis suprema felicitas rationalis creatura, & potentia: ergo implicat creaturæ, & potentia non rationali, & spiritali conuenire: atqui sensus ille possibilis, & viuens, quod illo viueret, nec rationalis, nec spiritalis per nos esset: ergo implicat ei claram Dei visionem conuenire. Nec valet non posse conuenire eis, ut passionem connaturalem, neque in gradu, & perfectione magna, vel summa: quemadmodum, neque calor, qui igni in summo connaturalis est, alteri corpori potest competere. Siquidem Dei visio, nec connaturalis creaturæ rationali est, sed tam in se, quam in radice ipsi supernaturalis, & gratuita: neque ipsi adhuc supernaturaliter in summo competit, sed pluribus creaturis rationalibus in remissiore, & remissiore gradu. Nec magis præstat visionem illam sensus circa Deum non esse iudicium, ac proinde neque rationalis creaturæ felicitatem, quæ non in simplici, sed iudicatiua Dei visione consistit. Contra enim faciunt primò, quæ nuper dicebamus. Secundo: quia bruta suam habent proportionatam felicitatem in perceptione sensibiliū, atque inde orta necessariò fruitione, quin de eis obiectis, quæ percipiunt, iudicium ferant, ut communis Philosophorum opinio fert: ergo, etsi viuens illud, asserto illo sensui possibili Deum clarè in se percipiens, ac videns, nihil de eo iudicaret, sola eius simplici clara perceptione, & fruitione inde suborta supremam rationalis creaturæ felicitatem haberet.

4. Confirmemus has rationes discursu aduersarij Quir. pro impotentia sensuum, qui de facto sunt, ad Deum clarè percipiendum efformato sect. 2. à n. 17. Visio enim, & clara Dei perceptio est in linea vitæ intellectualis, & rationalis: ergo implicat conuenire viuenti non rationali, & intellectuali, sed purè sensibili. Consequentia est legitima: quia non minus implicat viuens purè sensitiuum exercere actus alterius lineæ, scilicet intellectualis, seu rationalis, quam viuens insensibile, aut inanimatum ens exercere actus viuents, sensibiles, aut animati. Maior est aduersariorum citato n. 19. Tum sic. Sensus autem ille possibilis, ac viuens per illum sensibilibiter viuens sunt in linea viuents, & potentia purè sensitiua, per hocce: ergo implicat eis conuenire visionem, seu perceptionem clarā Dei. Confirmatur: quia ideo non rationalia, & spiritalia nec possunt credere, nec discurrere, neque ad hos actus, & similia plura eleuari, quia hæc ad lineam viuents, & potentia rationalis, & intellectualis spectant. Totum discursum confirmat Quir. n. 20. ex Patribus agnoscitibus in homine potentiam eleuabilem à Deo ad actus supernaturales: quia rationalis vitæ sunt, & negantibus aliis, qui vitam rationalem non habent. August. 3. contra Iulian. *Æquè incapacia, ait, gratia eleuationis pecora sicut ligna, & lapides fulgent.* De Incarnat. c. 22. *Neque ulli naturæ credendi facultas insita est, quam rationem non fecit Deus,* cap. 23. *Agnoscat homo in eo se naturaliter (virtute intrinsecè, & innata) credere posse, in quo naturam habet Fidei capacem: quod animantibus irrationalibus datum diuinis non est, utique quia irrationalia.* Hugo Victorin. q. 238. elucida in Epist. ad Roman. *Est enim oculus talis natura, ut per illum visus exerceatur: si solis radio percutiatur, sine quo visio non est in oculo: nisi tamen talis natura esset, etiam tactus radio non videret: ut lapis & paries non videret, etsi radio solis perfundatur. Sic anima habet potentiam merendi naturaliter (adverbium hoc potentiam afficit, non meritum) quam tamen non potest exercere, nisi splendore gratiæ perfundatur: concluditurque: sic ad hoc, ut anima promeretur, duo exiguntur: & gratia, & naturalis potentia.*

5. Sexta demum repugnantia huius ratio sit. Quia, etsi sensus aliquis possibilis spiritalis aliquid creatum, imò creata omnia spiritalia posset clarè diuinitus percipere, cessarentque rationes repugnantia, quas dedimus; in ente spiritali nobilissimo perfectissimoque ratio alia repugnantia

repugnantia suppetere. Etenim, quo nobilior obiectum est, eo nobilior potentiam adhuc creatam, ut clare percipiatur, requirit, ut patet in omnibus potentiis cognoscitivis, & ratione: quia, sicut tota species, ita tota nobilitas potentiae ex obiecto definitur, & taxatur. Quocirca ex obiecti extensione maiori, quasi extensione nobilitas pensatur: intensiva vero, & potissima ex obiecti nobilitate: sicut & quasi intensiva essentialis actus perfectio: ergo nobilissimum obiectum Deus nobilissimam potentiam requirit, ut clare percipiatur. Atqui & creatis sola potentia cognoscitiva rationalis nobilissima & cognoscitivus est: ergo hanc solam requirit Deus, ut clare percipi possit: quare omnis potentia sensitiva non rationalis ad id erit inepta, & insufficiens.

CERTAMEN V.

*Inuisibilitas Dei sensu materiali absoluta,
Dei Attributum esse, ex dictis ostenditur, & vindicatur.*

1. DE conceptu Attributi divini in primis est praedicatum divinum Deo intrinsicum esse, ut de Dei inuisibilitate oculis, sensuque omni corporeo ostensum habemus a nobis est. Item ita Deo esse proprium, ut nulli creaturae possit competere: id quod ex ratione ultima supra data pro repugnantia potentiae sensitivae, quae Deum clare, & in se percipere valeat, aperte monstratur; licet enim spiritualia reliqua percipi a sensu materiali, ne divinitus quidem possint, alii magis distat a potentia sensitiva Deus, ut percipi clare ab illa queat ob excellentiam suam summam, uti ex ea ratione liquet. Sed dices negationes etiam omnes inuisibiles corporeae esse: ergo id non est proprium Dei. Sed ex quidem inuisibiles negativae sunt ob imperfectionem sui, Deus autem positivae ob excellentiam sui esse. Item quod eiusmodi praedicatum extra conceptum essentiae metaphysicae Dei sit. Quod ex dictis disp. 3. de Essentia physica, & metaphysica Dei aequè clare probatur: quia hic conceptus non est conceptus entis, seu essendi à se, in quo ibi Essentiam metaphysicam Dei stare docebamus. An vero inuisibilitas haec distinctum à reliquis Attributis sit? an praedicatum divinum omnia divina praedicata transcendens? vocari in dubium posset: nullum enim eorum videri sensu corporeo potest. Ceterum id omnia habent formaliter metaphysice ab inuisibilitate hac, quae Attributum Dei est. Cetera enim in suo formali conceptu nec visibilitatem, neque inuisibilitatem includunt.

2. Sed contra conclusionem primam, ac proinde contra omnes conclusiones, quae illam imbibunt, obicitur illud Iob 4. *Nunc autem oculus meus videt te.* De quo dubitare videtur Augustinus supra: an oculis corporeis fuerit? si dubitatur, recte non assensit. Nam sensus literalis est: experimentis propriis, quae de Dei providentia audierat, quod ad oculum cognovisset. Rursus obicitur idem Iob. cap. 19. *Et in carne mea videbo Deum saluatorem meum.* Frigidè tamen: licet enim ex textu Hebraeo in Vulgata per Sixtum Quintum emendata non habeatur illa verba, *saluatorem meum*: quo eorum solutio excluditur, qui de humanitate Christi Salvatoris eam visionem intelligunt, atque adeo de visione Dei intelligenda sunt. Responderet postea cum Augustino, & aliis: non loqui ibi Iob de visione Dei in se post resurrectionem, sed ab ipso Iob post restitutam sanitatem in aliqua specie, seu forma visibili, velut alij volunt in sanitate carni restituta videbo Dei, qui eam mihi ex infirmitate salutem fecit, ac proinde saluatoris mei studium erga me. Quod enim dixerit: *solum mihi interest sepulchrum.* Ponderantis infirmitatis suae magnitudinem, non autem desperantis salutem communitis, veriusque ea verba intelliguntur. Sed eam tamen non ait Iob per carnem suam exercendam esse, sed *in carne mea*, ut docet, & acutè Augustinus: quia à mente, & anima rursus corpori per re-

surrectionem immersa, ac proinde in carne à Beatis habebitur. Illud tandem: *quem visurus sum esse.* & oculi mei conspecturi sunt: de oculis mentis vere, & communiter intelligitur.

3. Opponitur secundo, à ratione creata omnia potentiam obediencialem habent ad quodvis producendum, vel recipiendum quodvis etiam supernaturale: alii visus, & potentia quatuor corpora creatum quid est: ergo habet potentiam obediencialem ad efficiendam, ac recipiendam Dei visionem: ac proinde ad clare videndum Deum in se. Nego libentissime universalem hanc obediencialem potentiam in creatis iuxta dicta in physicis controuersi, de virtute causarum efficientium. Vbi nullam aliam potentiam actiuam obediencialem agnosco, nisi inchoatam, & partialem respectu effectus supernaturalis ratione alicuius praedicati, ob quod ab effectu requiratur. Secundo nego consequentiam. Nam, licet, utcumque efficere, & recipere visionem Dei claram ex potentia possent, tamen vitali modo neque efficienter, neque recipienter: quia non à se, atque innata virtute agerent, seque mouerent, ut opus erat, ut vitaliter agerent, atque viderent, sed qualitas illa sicut in ligno, aut lapide foret. Denique si cognitio, ac sensatio non in qualitate sola, sed in actione consistat, aut seipsa tanquam potentia modus affixa ei sit, nullatenus à potentia propria poterit diuelli, atque alteri inhaerere, in alterius recipi.

4. Tertio opponitur: claritas supernaturalis corporum Beatorum videnda est à Beatis oculis corporeis, quam tamen naturaliter videre eorum oculi non possunt: ergo eleuari hi possunt ad videndum aliquid ultra colorem, & lucem naturalem: ergo eorum sphaera luce, & colore non continetur ita, ut ad alia extendi diuinitus nequeat, ut assumebatur in ratione repugnantiae physicae prima, cert. 2. n. 4. Secundo ergo poterit diuinitus eleuari ad videndum Deum visus: est illi nequeat naturaliter videre. Permissio antecedenti toto, nego hanc secundam consequentiam: arguitur enim à minori ad maius affirmatiue, quod maximum consequentiae virtutem est: insuper à potentia, ad quam argumentum habemus ab authoritate, ad aliam ad quam adstruendam antecedentis: claritas enim illa in factis vulgata sententia supernaturalis quoad substantiam non erit, ut videre est apud Soar. 3. p. 1.2. d. 48. sect. 2. Tertio: ratum non est eam claritatem si nostris oculis applicaretur videri ab eis nullatenus posse, quin potius imperfectè, & confusè, quin à naturali luce discernere, videndum ab eis esse, est supernaturalis sit, docet Ripalda de ente supernaturali disp. 44. sect. 10. Denique ex supernaturalitate (ut bene Quirós sect. 3. n. 24.) est lux illa in ratione entis specie à luce naturali differat; non tamen differt in ratione obiectiva respectu potentiae visus universalis, ob quam haec in lucem fertur naturalem: est enim lux materialis, & corporea: ac proinde potentia, quae in illud praedicatum fertur, cum in naturalem fertur, in illud etiam ferri poterit cum quouis alio praedicato, adhuc supernaturalitati adiunctum. Quemadmodum in variis coloris species naturales, quae de facto sunt, aequè fertur; licet entitativè sint diuersae: ferreturque in plures alias, si adessent, quia in ratione coloris, quae universalis ratio obiectiva respectu illius potentiae est, cum iis, qui de facto sunt, coloribus conveniret. Verum est ob perfectionem coloris illius supernaturalis (si talis esse admittatur) potentiam naturalem confortatione, vel specie, vel habitu supernaturalis, vel auxilij extrinseci Dei, iuxta varias opiniones Doctorum in simili, opus habere.

5. Quarto obicitur: Deus intuitivè visus non est intra sphaeram obiecti potentiae naturalis intellectus: & tamen ad Deum intuitivè videndum eleuari diuinitus intellectus potest: ergo, licet Deus extra sphaeram naturalem potentiae visus sit, poterit tamen haec diuinitus eleuari ad videndum Deum. Responderetur negando suppositum antecedentis: scilicet Deum intuitivè visum esse, vel non esse intra, vel extra sphaeram obiectivam intellectus. Ut sic enim involuit actum visionis, qui potentiae actus, non autem ratio obiectiva, seu in quam, aut sub qua tendit potentia, est. Ac proinde supponitur falso ad rationem obiectivam spectare posse. Quia verò negatiua propositio est, concedere eam si velis, & nega consequentiam, Ideo

Ideo enim conceditur, quia Deus ut visus obiectum intellectus non est, sed ut ens, ac Deus, quo pacto, licet imperfectiori actu abstractio ab intellectu cognoscitur: ac proinde intra sphaeram obiectuum ipsius est; Cum tamen neque eo pacto intra sphaeram obiectuum visus, aut sensus cuiusvis naturalis sit.

6. Denique opponens ex communi iam, nobisque vera identitate potentiarum vitalium cum anima rationali; in ea quippe nequit aliquod obiectum esse intra sphaeram nostri intellectus, quin sit verè, & realiter intra sphaeram nostri visus, cum idem realiter utraque potentia in nobis sit. Nihil tamen probat obiectio, quia multum probat: nempe tactu, & olfactu, atque auditu Deum clarè in se percipi posse: & vergetius posse intellectu amari, & volutate videri. Sed pro materialibus sensibus (quod satis nunc est organa requiruntur, absque quibus id illud principium nequit operari, diuerso quoque actus, & circa obiecta diuersa per organa diuersa de intellectu, & volutate diuersus contrarij. de anima, quæ hic non est opus reperere.



QVÆSTIO II.

An Deus inuisibilis à creato intellectu, naturalibus viribus sit.

Dixi naturalibus viribus, non autem naturaliter, ut omnes modos iudicandi contra veteram sententiam comprehenderem, atque simul confutarem. Dicuntur autem naturales intellectus vires, non solum facultates vitales, quæ ex parte potentie vitalis ad cognitionem concurrunt, sed etiam, quæ ex parte obiecti ad eam requiruntur. Quare quæstio est. An potentia intellectiva nullo supernaturali comprincipio innante, siue ex parte potentie, siue ex parte obiecti, tanquam eius species, sit inuisibilis Deus: an potius visibilis?

CERTAMEN I.

Aliorum iudicia.

1. Latonici nonnulli apud Naz. orat. 43. & Niceæ tam ibi Deum viribus naturalibus ab intellectu humano videri posse censebant. Hoc etiam supponebat, vel iudicabant Anomai, seu Eunomiani, Aëtij, & Eunomij sectatores, asserentes hominem in hac vita, & statum Deum comprehendere posse, ut videre est in nostris Valquez d. 41. cap. 1. & Gualtero sæculo 4. Chronolog. idipsum expresse docuerit Germani monachi nomine Beguardi cognomento Fraterculi, seu fratres pauperes de vita, ac filosofici, item Germanæ etiam formine, Beguinae dictæ, professione quasi Beatarum, quas Hispanice dicimus, non Monialium: virisque communes errores recensentur Clement. Ad nostrum de hereticis, in quibus quartus ordine recitatur. Homo in hac vita consequi potest beatitudinem, quam Sancti habent in alia. Cum autem ad beatitudinem necessaria sit clara Dei visio (quia, vel in ea beatitudo nostra formaliter sita est, vel saltem ad beatitudinem eiusmodi visio clara Dei requiritur) fit planè docuisse prædictos hereticos Dei visionem in hac vita à nobis (visuque cum his, quæ nostro intellectui in hac vita conaturalia sunt) assequibilem esse.

2. Sed quoniam ea propositio inde in dicta Clementina damnari potuit, quod non sola Dei visio, in qua essentialis Dei beatitudo consistat, in hac vita naturæ viribus à nostro intellectu assequibilis diceretur, sed beatitudo quoad statum etiam, ut à Beatris in alia habetur: ostendendum erit in eorundem in ea propositione sensum esse, quod visio ipsa clara Dei viribus naturalibus à nobis in hac vita possit haberi. Id autem aperte deprehenditur ex quinta eorum propositione imbi recitata his ver-

bis: Quod quilibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, ipsoque beate fruendum. Ob prima propositionis huius verba. In se ipsa naturaliter est beata. Alphonsus de Castro aduert. hæref. verbo Beatitudo, censet Beguardos, & Beguinos in eo etiam errore fuisse, verationalem creaturam seipsa naturaliter, siue natura, & essentia physica sua, absque operatione vlla superaddita beatam, ac videntem Deum iudicarent. Sed tamen illud Naturaliter, ita clarè in secunda suæ propositionis parte in sensum, quem diximus explicauerunt, ut mirum sit in alium à docto, atque erudito Castro acceptam eam propositionem fuisse.

3. Durandus in 4. d. 49. qu. 2. an. 24. licet in eo ab errore hoc Beguardorum, & Beguinarum distet, asserens pro hoc statu Deum à nobis videri clarè, & beatificam visionem non posse: quia pro eo nihil clarè, nisi præsensatum cognoscere intellectu possumus: atque ab Anomais non minus distare videatur addens, ita videri à nostro intellectu posse secundum statum ordinem diuinæ gratiæ: tamen ita hunc diuinæ gratiæ ordinem explicat, ut quoad possibilitatem visionis Dei ab intellectu nostro viribus naturæ Anomais consentire videatur. Cum quippe ordinem Gratæ in eo solum ponit, ut impedimenta, vnde obcuritas cognitionis Dei nobis pro hoc statu obuenit, aufertur: scilicet dependentia à sensibus in cognoscendo: unde fit, ut Dei, sicut & aliorum insensibilium, intellectualis cognitiones, per alienas species, obscuræque, & abstractiue euadant; quin lumine gloriæ, aliquæ eleuatione per donum supernaturale opus sit, sed sola Dei videri manifestatio, applicationeque, qua Deus proximè intellectu præsentaretur in se, ac non ex creatoris ministerio sensum cognoscendum ut clarè videatur: quia nimirum, quodcumque obiectum intra potentia cuiusvis sphaeram est, potestque ab ea aliquo modo cognosci, vii Deus ab intellectu, ablato impedimento clarè ab illa cognoscitur, ut patet in visu, & colore.

4. Durandum benignè interpretari conatur Molina qu. 12. art. 4. d. 3. Sorez 2. de Attribut. cap. 8. n. 3. Iaffol. comment. articuli n. 2. sed tamen Valent. quest. 12. art. 4. punct. 3. Bannez art. 5. dub. 3. Henrize d. 44. cap. 2. Et, quod caput est, Valquez profundus alienarum mentium indagator d. 41. cap. 2. post multum sententiæ huius examen, Durandum erroris in Fide ob illam incusant. Ego verò non adeo durè cum illo agam: cum non satis exploratum in eius textu sit, an de visione supernaturali, & beatifica id censeat: an de visione Dei naturalij, de qua nihil hætenus definitum iudico. Præterquam quod, licet lumen gloriæ seculat, quod in plurius sententiæ ex parte potentie se tenet, illam confortans in manifestatione Dei ex parte obiecti non videtur speciem Dei, seu concursum obiectum eius negare: cum id coloribus respectu visus (quorum exemplo vitur) non neget, imò dum sensatas species ad cognoscendum Deum pro hoc statu necessarias remouit, iudicantiam Dei, vel eius concursum obiectum non potest non loco illarum ad Deum videndum sufficere; ob quæ Durandum hac super re adeo graui censura fugillare non audeo: quia nec de visione supernaturali, nec sine speciei, aut Dei obiectiuo concursu clarè deprehenditur loquutus.

5. Durando præluxisse ea in re videtur Scotus in 3. d. 14. qu. 1. § in 1. qu. circa finem, ubi an sine lumine gloriæ videri Deus clarè possit determinandum ait iuxta ea, quæ de amore Dei dixerat d. 13. qu. 4. §. Ad tertiam, & §. Ad quartam quæstionem, ubi dixerat Deum sine charitatis etiam habitu amari à nobis posse: idemque docet in 4. dist. 49. qu. 1. §. Respondendo: ac proinde videri etiam posse sine lumine gloriæ videri docere. Recentiores Murciani Scotum interpretantur non de visione clara Dei, sed de abstractiua alia, licet quidditatiua, clare, immediata, & per propriam speciem habita, qua tamen visio propria, & intuitiua non sit, quam possibilem multis in locis ipse asserit. Sed certe huic interpretationi, nec textus, nec Scoti doctrina locum reliquit. Semper enim, inquit, visionem Dei supernaturalem, Scotus indicauit. Non quidem textus: cum citato loco de visione Dei inquit, & statuat naturaliter, ac sine lumine gloriæ haberi à nobis posse: licet citatis locis de amore, sine habitu charitatis possibilem esse docuerat. Cognitionem autem illam quidditati-

ORTEGA
In a. pari
D. VIa

tuam claram, & immediatam Dei nunquam visionem Dei esse censuit, sed potius contra Dei visionem distinxit, de quo contra ipsum, eiusque sequaces ab Scholasticis pluribus decetatur, scilicet diuersam à visione Dei esse non posse. Sed neque Scoti doctrinam ea interpretatio concordat. Totidem enim locis, quot quidditativam claram, immediatam, atque per propriam speciem Dei habitam cognitionem à visione distinctam adstruit, eam per speciem à Deo inditam, seu per se infusam habendam necessario docet: ac proinde, & eam cognitionem supernaturalem, & per se infusam esse censet, nec viribus naturalibus habendam. Sententia igitur Scoti est aliquam Dei visionem naturalem, sicuti & amorem possibilem nobis esse. Non autem beatificam visionem, quam semper supernaturalem iudicauit.

CERTAMEN II.

Deum visione aliqua, scilicet beatifica naturaliter inuisibilem à creatura rationali esse certum ex fide est.

1. Conclusio hæc nullum Doctorem aduersarium exploratum habet. Est item de fide, ac definita à Concilio Viennensi, & Clementina citata, *Ad nostrum*, de hæretic. Vbi quartus, & quintus Beguardorum, & Beguinarum error oppositus damnatur. Est insuper expressa in Scripturis ad Romanos 6. *Gratia Dei vita æterna*. Vbi vita æterna, seu beata visio Dei gratia asseritur: Cum tamen nihil, quod naturaliter nobis absque peculiari Dei dono haberi possit, Dei gratia in Scripturis dicatur. Secundo probatur ex locis datis qu. 1. cert. 2. quibus Deus inuisibilis dicitur, & lucem habitans inaccessibilem, & quem nemo videre possit: id quod verum non esset, si oculis mentis omni visione, etiam perfectissima ex creatis, qualis est beatifica, videri à nobis naturaliter posset. Quod enim naturaliter possumus, absolute, & sine addito posse dicimus. Tertiò probatur: quia non posse nos credere, sperare, aut aliquid boni, vt ad salutem, & vitam æternam conducit: & oportet naturæ viribus, seu naturaliter agere, certum ex fide est, vt controuersi. de ente supernaturali ostendimus: ergo multo minus Dei visionem beatam nobilissimam, & perfectissimam, quæ visio Dei non ex parte, aut in ænigmatibus est, naturaliter possumus habere.

2. Pro hac conclusione, & contra errorem oppositum pugnantur Patres confutantes Anomazos, sed omnium acerrime Chrysost. hom. 3. de incomprehensibil. natura Dei, vbi eos confutat ex illis 3. ad Philip. *Ego me non arripui comprehendisse*. Id est, vidisse, vt Vasq. intelligit cap. 1. num. 3. Si enim Paulus tunc nondum Deum viderat: quomodo Anomaz Deum se videre iactant. Cæterum, vt Vasq. ibi, Apostolus non de Dei visione beata, sed de comprehensione perfectionis suæ loquitur. Nec, si de illa loqueretur, contra possibilitatem visionis beatæ viribus naturæ argui efficaciter ex eo loco posset, sed contra visionem beatam de facto habitam ab Anomazis, vt ipsi essetiebant. Ex nostra autem Catholica conclusione ita contra Catholicos inferebant Anomazi apud eundem Chrysostomum, & Nazianzenum supra: *Ergo Deum quem colis, ignoras*, quia, vt ait Aristot. 9. metaph. c. 12. non contingit intellectum circa simplices substantias decipi; sed aut omnino eas attingere, aut omnino ignorare, cum inuisibiles sint: ac proinde, si aliquatenus attinguntur, omnino attingi est necesse. Vt mittam modo, an visio circa Deum, & substantias physice inuisibiles præcisiua esse possit: quod possibile iudicamus, atque alibi sæpius ostendimus: Responderetur facile, saltem cognitione abstractiua, & per alienas species substantiam physice inuisibilem, ac proinde Deum, ex parte cognosci posse, & ex parte obiectiua metaphysica non cognosci: vt patet in cognitione præcisiua vnius prædicati, seu attributi diuini line aliis: quia in ordine ad plura, ac diuersa cogitari potest, etiam simplicissimus Deus sit, quomodo

respondet Nazianzen. supra, iuxta interpretationem Pseli, ac Nicetæ.

3. Oportet autem hic Durandi sententiam, vt à nostro Vasq. & aliis intelligitur, impugnare; ne saltem eo sensu alicui postmodum ardeat. Et primò quidem si de visione beatifica loquatur damnata, sicuti, & Anomazorum est. Secundo: cum ea visio nobilissima, & supernaturalis per omnes sit, implicatur in terminis, dum viribus naturæ haberi posse dicitur: redeuntque testimonia Scripturæ, & argumenta ex actu Fidei, & Spei, quæ ex fide naturæ viribus haberi nequeunt. Nec satis est ad fidem dari habitum supernaturalem, quia obiecta obscura sunt, & difficilis assensus, quia non satis motiua; quod visioni claræ Dei deficiat: verum neque obscuritati, & difficultati mouendi ad assensum habitu succurritur: cum potentissimum motuum authoritas diuina sit; sed ob actus supernaturalitatem. Tertiò: quia, si sola naturalis dependentia intellectus à sensibus in cognoscendo ei obest, quominus Deus intus præsens ipsi ab ipso naturaliter clarè videatur: fiet sanè, vt intellectus animarum separatim etiam damnatarum, ac demonum naturaliter Deum semper videant visione beata, ni ipsi violentia inferatur: sicut visui cui denegeretur concursus ad visionem coloris debetè approximari. Denique cum equalis sit impedimenti remotio, ac proinde æquè præsens proxime, & immediatè Deus Beatis sit: atque Beatorum hominum intellectus æqualis sine perfectionis, fieri minimum Sanctorum in Dei visione beata, atque essentiali gloria æqualem maioribus Sanctis, imò & B. Virgini, atque Christi humanitati esse. Imò minimum Angelorum in ea vtrique, necdum Sanctis reliquis, excedere: quod est valde dissonum, & absurdum.

4. Quod autem Durandus ait: Inæquales fore Beatos in reuelatione cuique à Deo facta mysteriorum ad accidentalem, non ad essentialiam eorum gloriam spectat. Denique: quod Deus efficacius vnum intellectum, quam alium in Beatis moueat, vt ait tandem Durandus, cum neque actu, neque habitu eluari eos à Deo admittat, sed sola præsentatione Dei immediatè, & in se per impedimenti præfati remotioem, beatam visionem peragi ab intellectu naturaliter doceat, locum non habet, nisi imperium naturalem potentie in aliis magis, aut minus arbitrio Dei violenter, & contra naturæ iura cohibere dicat: in quo non largus eorum præmiator, sed malignus gubernator Deus erit: cum eis è naturalibus deueat. Ad id autem, quod nonnulli docent, visionem beatam à solo Deo produci, vt huic maior, illi minor pro meritis doneatur, recurrere Durandus nequit: tum, quia falsum omnino esse controuersi. de visione satis ostendimus: Tum quia cum eius doctrina, quam impugnamus non coheret, sed omnino aduersatur. Nec tandem refert ditas visiones claras Dei in Beatis comminisci: alteram naturaliter ab intellectu partam ex impedimentorum remotioem; alteram à solo Deo pro cuiusque meritis datam. Tum, quia chimerica altera ex eis visionibus est; nisi naturali illa non beati Beatos dicatur, contra Durandi sensum, quem impugnamus, & contra ea, quæ cert. 3. dicimus. Tum, quia falsò, & contra Durandum visio à solo Deo infusa asseritur. Ac demum, quia, licet in altera inæqualitas visionis in Beatis, meritis proportionetur. Alia Angelis, ita hominibus præ sui intellectus præstantia excedent, vt absolute in visione clara Dei B. Virginem, & Christi humanitatem antecellant.

CERTAMEN III.

Inuisibilis ab intellectu creato naturaliter Deus omnino est.

1. Et si hæcenus dicta satis ostendant nullam visionem beatam naturalem esse posse, ac proinde neque ulli rationali creaturæ naturali actiue, aut exactiue debitam esse posse (an enim substantia supernaturalis esse queat, etique statim visio connaturalis, ac debita censenda sit? controuersi. de ente supernaturali in genere fusc disputabimus)

disputabimus) Restat verò disputandum, an visio aliqua creaturæ naturalis, atque iuxta exigentiam, vel adiutorem intellectus rationalium substantiarum naturalium (esto beatifica non sit) dari queat: cum enim possibilem esse sententiam Scoti recitamus cert. 1. n. 5. fuisse existimamus, quam quidem sententiam ex principiis metaphysicis falsitatis convinci non posse, eiusve repugnantiam demonstrari fateatur Soar. d. 30. Met. sect. 11. n. 13. & Valq. 1. par. qu. 11. art. 4. in comment. asserens sola fide oppositum teneri: cui omnino concordat Martinon. 1. par. t. 1. d. 7. sect. 5. 6. plures duodecim rationes repugnantie diluens, & tandem sola autoritate visionis naturalis Dei impossibilitatem defendens. Ripaldat. 1. de mente supernatur. d. 23. Omnes repugnantie huius rationes hæcenus excogitatas erudite, & subtiliter enervat.

2. Conclusionem tamen nostram ferre omnes Theologi tuncur: quos videre licet in Ripalda loco citato, Valfuer, Soar, & Martinon. citat. Molina citato artic. 4. cum Materie in substantiis creatis, seu, quæ ad naturam creaturæ spectant visionem Dei iudicat impossibilem, licet in aliqua possibili repugnantiam connaturalis ipsi visionis Dei non agnoscat, de quo, ut dixi modo, non disputamus, nisi enim supernaturalis ea possibilis substantia sit, idem de reliquis substantiis naturalibus possibilibus, ac de reliquis naturalibus aliquando existentibus censet. Denique naturalis visionis Dei impossibilitatem novissime defendit Quirós t. 1. de Deo d. 27. sect. 2. vbi & sect. 3. non solum ab autoritate, sed etiam multo rationis pendere eius repugnantiam conatur ostendere syllogismo, qui de omni etiam substantia possibili creatæ, & de supernaturalibus, & similibus, sed, & de supernaturalibus, ex hypothesi, quod ea possibilis sint, etiam probat, quare plus nimio probat, de quo n. 4.

3. Nunc autem probatur ab autoritate conclusio. Probatur vulgo solet ex his omnibus locis, quibus visa æterna, & gratia Dei dicitur, & premium Iustorum. Sed, cum hic de visione, quæ nec beata, nec premium essentiale Iustorum sit, (quam adversa sententia supernaturalem faceret) sed, quæ sit naturalis, nihil ea loca prestant, nisi aliunde probetur omnem visionem Dei absolute talem, & premium essentiale Iustorum, & supernaturalem esse. Id autem probatur ex Joann. 14. vbi dicitur: *Qui diligunt me, manifestabo ei me ipsum*. Ergo manifestatio Dei in seipso absolute talis premium supernaturale Iustorum, & supernaturalis est: atqui quævis visio clara Dei in seipso est manifestatio absolute, & simpliciter Dei in seipso: ergo & premium Iustorum, supernaturalis & beatificat: ac proinde nulla visio clara Dei in seipso naturalis est possibilis. Quare Deus viribus nature intellectui nostro invisibilis profus evincitur. Inducitur etiam locus II. c. 64. *Oculus non vidit Deum absque te, quæ preparasti spectantibus te*. Sed licet ita habere textus, adhuc facilius esset casus: scilicet Dei auxilio speciali opus ad videnda omnia continentem, quæ ad beatè videntes Deum spectant, & Deum beatè spectandum. Sed textus non habet *spectantibus*, ut dicitur, sed *expectantibus*, id est, *spemantibus*, ac proinde e re non est.

4. Secundo probatur ex illis Matth. 11. *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*. Vbi illud *Novit*, idem valet, ac potest *Nosse*, ut constat ex illis: *Et cui voluerit Filius*: ergo à solo Deo Deus aliquo sensu innotabilis est, nisi ex Dei voluntate. Non est autem innotabilis obsecutione virtutis nature, & abstractivæ, & per alienas species: Cum ita virtutis nature, & ex naturalibus principiis non solum innotabilis, sed demonstrabilis sit, ut vidimus d. 1. quæ 2. sed neque est innotabilis clarè, & in se supernaturali Dei auxilio, & lumine, ut videbimus quæ 3. ergo virtutis solum nature est innotabilis clarè, & in se: quod ipsum est virtutis nature invisibilem esse. Denique probatur ex dictis locis quæ 1. cert. 2. Quibus Deus in Scriptura innotabilis absolute dicitur, quæ non solum de Dei invisibilitate creaturæ oculis corporeis, sed mentis etiam intelligenda sunt, alioqui absolute innotabilis non esset: quemadmodum nec invisibile dicitur obiectum, quod aliquo sensu visibile non est: atqui mente innotabilis supernaturaliter Deus non est, ut dixi: ergo naturaliter invisibilis est. Confirmatur: quia ex eis locis Augustinus 12. & Cuius. cap. 9. infert Deum supremum etiam Angelo in-

visibilem esse naturaliter, cuius sententia Ecclesia, & Patres concordant: non esset autem bona illatio supremæ substantiæ ex creatis negare naturalem operationem possibilem; vrgentius in meis principiis substantia excellentior, & superior supremæ, quæ in natura creata, & intra illam creabilis est, supernaturalis est: ergo visio, quæ supremo Angelo, qui est supremæ substantia, quæ in natura creata, & creabilis est, naturalis non est, solumque substantiæ ipso superiori connaturalis esse potest, supernaturalis est. An verò substantiæ illi supernaturali (quam possibilem ex controuers. 1. de ente supernaturali, quæ de eo in genere est, suppono) visio clara Dei in se connaturalis esset, non definio. Solum addo ex substantiæ supernaturalitate id non inferri, de quo suo loco.

5. Ratio repugnantie visionis clara Dei in se, non eadem à pluribus doctoribus datur: quia nulla est satis firma, ut videre est in nostris Ripalda, & Martinone. Nolter Quirós tacite omnes aliorum recognitas per silentium reiecit, atque propriam latè per totas duas sectiones expendit. Nec miror doctos viros aliorum demonstrationes, sumptas plerumque à proportionibus, quæ necessariae dicuntur, abstractionis à materia inter cognoscentem naturaliter, & obiectum ita cognoscendum, aliisve similibus principiis petitas respicere: ex siquidem proportionibus, abstractionibus, & principiis audiuntur quidem sæpe, nunquam autem aliquo sensu intelliguntur, aut explicantur, qui mille impugnationibus, & instantiis non pateat. Miror autem nostrum Quirós aliquid clarius, & firmitus à se allatum pro hac repugnantia putasse. Cum tamen nihil aliis clarius, aut firmitus eam euincat. Sic igitur efformat rationem. Nulla substantiæ propriis viribus est possibilis cognitio, quæ sit formaliter, vel æqualiter comprehensio obiecti superioris substantia cognoscente: omnis visio formaliter, vel æqualiter creata Dei est obiecti superioris substantia creata cognoscente: ergo nulla substantiæ creata est possibilis visio creata Dei propriis viribus. Sic dispositus syllogismus est formaliter, nec solum æqualiter *celarem*, quare de legitimitate consequentis lis esse non potest. Maiorem probat multis. Ex eo nimirum, quod Angelo inferiori non debeat superioris comprehensio iuxta vulgatam doctrinam, & probationem, quam subdit. Secundo: quia modus cognoscendi, sequitur modum essendi: & cognitum est in cognoscente ad modum cognoscentis. Tertiò: quia potest esse creata substantia æqualis in vi cognoscentia, & in passiva cognoscibilitate (sicuti Deus in his æqualis est) quare & quævis substantia; atque ex alia parte maior vis cognoscentia arguit maiorem perfectionem entitativam cognoscentis: ac proinde maior etiam cognoscibilitas maiorem arguit entitativam cogniti perfectionem, præterquam quod esse magis cognoscibile est esse magis perfectum, & perfectiorem actum requirere, ut comprehendatur.

6. Minorem verò probat: quia visio clara Dei æqualiter saltem est supercomprehensio cuiusvis creaturæ, etiam nobilissimæ, cum sit æstimabilior, & de obiecto infinite nobiliori: plurique similia in confirmationem huius argumenti confert, quæ nerefere quidem vacat. Ex his autem constat non firmitus, clarioribusve aphorismis philosophicis, quam aliis hanc rationem inniti. Prima enim maioris probatio nititur sententiæ probabilis: quia ad comprehensionem plura, quam adequata obiecti cognitio requiruntur, omnium scilicet quæ illius sunt, in quibus (si de Angelis loquamur) sunt supernaturales actus plures, ad quos perfecte cognoscendos vires naturales Angeli non sufficiunt. Secunda probatio axiomata quadam cariosa, & quæ plures sensus præter eum, in quo adducuntur probatu difficiles habent. Tertiò de æqualitate substantiæ creatæ in vi cognoscentia, & cognoscibilitate à paritate Dei non probatur: cum possit via sine altera in substantiis dari, ut patet in insensibilibus: quare & in sensitiuis poterit dari alterutra, quam altera minori: imò & datur imperfectior vis cognoscentia in sensitiuis, cum sit materialis solum, quam cognoscibilitas, quæ in eis etiam est, respectu potentie spiritualis. Vltima probatio tendit, ut vis cognoscentia proportionati debeat entitativa perfectione cum obiecto, quod vetustissimum principium ad præsentem repugnantiam, & similes probandas reiectum est sæpe in simili à Quirós, ex inæqualitate entitativa potentie accidentalis, & cognitionis acci-

dentialis

ORTEGA
in d. par.
D. VIa

dentalis respectu substantiæ, quæ eis cognoscitur. Ex quo & priores omnes probationes facile conuertuntur. Minoris autem probatio præ sua imbecillitate decumbit.

CERTAMEN IV.

Ratione probatur Inuisibilitas Dei naturalis ab intellectu naturali creato, & diluuntur obiectiones.

1. Facilius rationibus, & quæ minus Philosophiæ & Theologiæ moueant conclusionem probo. Primò: quia ens supernaturale nullum potest à naturali intellectu naturaliter videri: atqui Deus ens supernaturale absolute est: ergo nequit videri naturaliter ab intellectu naturali creato. Maior est communis contra Scoticos, & alios nonnullos: ut ait opposita grauius censuris notetur à Bannez, Zumel, & Nazario, licet non multo iure, de quo controuersi. 1. de ente supernaturali in genere, ubi eam maiorem firmiter statuimus: consequentia est legitima. Minor patet: quia Deus, licet iuxta indigentiam naturæ creatæ, & creabilis sit, quia omnia creata essentialiter dependentiam habent à Deo, ut sunt; at supra omnem exigentiam naturæ creatæ, & creabilis est, ut aduertit controu. illa 1. de ente supernatur. in genere d. 1. imò vniuersum supra omnem exigentiam creaturarum omnium, supernaturalium etiam: quare supernaturalissimus, seu supernaturalis. Indigentia enim Dei, quam creata omnia vniuersum ob necessitatem ab eo, & essentialiter dependentiam actiuam habent, Deum in se, & entitatem suam illis immensum excellere demonstrat, ut supra ostendimus saepe.

2. Dices Deum, ut auctorem naturæ naturalem esse: ac proinde posse, ut talem clarè videri. Si prima assumpti pars vera esset, teneret fortasse quidem solutio, sed solùm in nostris principiis, quæ visionem etiam claram obiecti præcisiuam ex parte obiecti admittimus. At in communi ferè omnium opposita sententia non teneret: cum eiusmodi præcisiones obiectiuas in visione ex parte obiecti visi non admittat. Sed nec in opposita sententia teneret. Ratio enim auctoris totius naturæ Deum ens naturale non facit: siquidem principij, & causæ ratio non ponit necessariò causam in eodem ordine cum effectu: licet ponat eius actionem, si ad exigentiam naturæ sit in eodem ordine naturæ: cum causa principalis esse æquinoca possit, de cuius ratione est perfectiorem, nobiliorémque effectus suis esse: ac proinde non in eodem genere, & ordine cum illis; quin potius, ut nuper dicebam ratione auctoris naturæ supra illam totam ponitur Deus, de quo fufius controuersi. 1. de ente supernat. in genere. Denique, cum naturæ auctor, & principium Deus per omnipotentiam formaliter sit: atque hæc metaphysicè obiectiue sit potentia omnino inflexibilis, & indiuisibilis vno ictu formalitatis obiectiue ad omnia possibilis, tam naturalia, quam supernaturalia se extendens: nequit, ut naturalis potentia adhuc abstractiue, nedum intuitiue, ex parte obiecti cognosci, quin, ut supernaturalis cognoscatur.

3. Secunda ratio sit, quia, etsi ens supernaturale creatum videri naturæ viribus ab intellectu creato posset, non statim Deus clarè visibilis ab intellectu creato dicendus esset, cum longè magis creatis omnibus supernaturalibus, quam hæc naturalibus, excellat, ac proinde ad Timoth. 6. *lucem inaccessibilem habitare* dicitur. Ex quo principium Christianæ Metaphysicæ sumendum ad rem hanc est. Si enim supernaturale, quæ tale, quia adeo naturalibus cunctis entitatu perfectione, & nobilitate excellit, naturalis visionis, claræque cognitionis sui in se viribus excedit, multo magis eas excedet, quod supernaturalibus etiam cunctis inhuit nobilior perfectiusque est. Tertiò, quo nobiliores veritates sunt, eo maioris perfectionis, & virtutum cognosciturum potentiam requirunt, ut abstractiue etiam cognoscantur: Sic enim in iis, quæ discursu, aut ob nobilissimum motuum diuini testimonij abstractiue nouimus, experimur: ergo, ut veritatem nobilissimam (Deum scilicet) perfectiori modo, imò perfectissimo ex creatis

de suo genere, scilicet intuitiue, seu visuè clarè, & in se videat maxime intellectus vires requirentur, scilicet supernaturale inuamen. Quarto, ex principiis naturalibus constat visionem Dei, quæ talem beatificam esse: idque etiam constat ex illis *Quoniam ipsi Deum videntur, & videmus eum sicuti est*: at omnis visio Dei possibilis est visio Dei, quæ absolute Deum videmus, & videmus Deum sicuti est, & visio beatifica est: ergo supernaturalis, ut constat ex dictis cert. 2.

4. Reliquum igitur est, ut fateamur Deum entitatem suam viribus naturæ ab intellectu creato inuisibilem esse, eoque inuisibilitatis modo, quo Attributum, Dei speciale constituitur, ut patet ex dictis q. 1. cert. vit. de specialitate Attributi diuini inuisibilitatis oculo corporeo. Sed tamen Deum viribus naturæ visibilem esse sic contenditur. Etenim Deus viribus naturæ, seu naturaliter amabilis à voluntate creata est: ergo & visibilis naturaliter ab intellectu creato erit. Probatur consequentia, tum ex parte obiecti, tum ex parte actuum. Ex parte obiecti. Primò: quia, sicut veritas Dei obiectiua, summa, atque infinita est, ita & Dei bonitas. Secundò quia sicut amari, ut causa prima, & auctor naturæ est, potest & secundum bonitatem, ob quam naturaliter operatur, ita ut auctor naturæ, ac secundum veritatem huic muneri necessariam videri, admittit in visione possibilitate præcisionis obiectiue, quam nos, & iam alij admittunt. Tertiò: quia eadem opinione admittit poterit esse visio Dei, ut entis præcisæ: quæ circa eam formalitatem, non est, cur necessariò supernaturalis esse debeat: et sic possit circa obiectum naturale actus supernaturalis, quoad substantiam versari. Hoc vnum argumentum his confirmationibus fuffultum dignum est, quod dilatur. Plura enim alia, quæ contra hanc conclusionem ab aliis inducuntur, licet multum Theologiæ moueant, suapte genio, nullo impellente, mutant.

5. Et tamen argumento, & instantiis, admissis antecedente, alij, atque alij variè respondent: Quirò iuxta suam illam commensurationem potentie, seu virtutis cognoscitur obiecti in se, & suo esse, & cognoscibilitatis obiecti disparitatem subtiliter reddit: quia, ut obiectum ametur opus non est, ut eius bonitas in se ametur, & secundum esse voluntati commensuretur, sed ut est in cognitione: aliisque satis consequentes, & subtilis, quas perijqui non lubet: ego vero nego antecedens. Censet enim omnem Dei amorem Charitatis, atque ob eius bonitatem intrinsecam necessariò, & essentialiter supernaturalem esse: ac proinde implicare actum amoris benevolentie Dei naturalem. Id quod ex duobus nostris principiis pendet. Alterum ex controuersi. 1. de ente supernatur. in genere: nullum scilicet actum naturalem ob motuum formale supernaturale, multoque minus diuinum, elici posse. Secundum ex hac controuersi. d. 2. q. 1. ubi ostendi quodvis diuinum prædicatum, & attributum indiuisibili suo essentiali conceptu in suo genere infinitum esse, neque vllis partialibus, nedum infinitis, conceptibus obiectiuis metaphysicis compactum. Ex quo fit, ut nequeat cognitione, aut amore vlllo creato attingi, non infinitus, & supernaturalis, ut n. 2. dicebamus: quo instantiæ omnes, quæ in confirmationem argumenti, & consequentiæ adducebantur, & pro antecedentis probatione assumi poterant, emuantur.



QVÆSTIO III.

An Deus viribus etiam supernaturalibus adiuto intellectu creato inuisibilis sit.



Oc etiam ad inuisibilitatem veram Dei dignoscendam, de qua hic, examinandum etiam nunc erit.

CERTAM.

CERTAMEN I.

Negativa conclusio certa de Fide est, ubi de aliquorum Patrum mente.

Deum viribus supernaturalibus intellectu adiuto inuisibilem non esse, sed potius supernaturali principio creatum intellectum posse Deum in se clarè videre Catholica dogmatica, & de Fide propositio est contra Armenos, qui nec sic videri Deum ab intellectu creato posse censent, teste Armacano lib. 14. questionum contra eos cap. 1. Castro verb. *Beatitudo*, hær. 1. Elench. hær. 1. verb. *Armeni*, Valq. d. 37. c. 1. apud quem ab hoc errore Armenos purgare contendunt Nicephor. & Sanderus, sed fundamentum ex quo Armenos in eo errore secuti dicuntur Abailardus, & Arnaldus Brisensis à Castro ibidem ex epist. 193. Bernardi, ex qua quidem Arnaldi cum errore fuisse, in Abailardi fuit, cerò colligitur. Abailardi tamè fuisse, neque ex illa, neque ex 189. vbi huius errores recensentur, minime constat, vt bene Valq. citatur, qui pro eo errore refert Almerici tempore Innocentij tertij. Et quidem expressa veritas est in Scripturis, quibus Beati Deum visum dicuntur, Matth. 5. *Beatitudo cordis quoniam ipsi Deum videbunt.* c. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est.* Ioan. 14. *Manifestabo ei me ipsum.* 1. ad Corinth. 13. *videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et iterum: *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* 1. Ioan. 3. *Scimus quoniam cum apparuerit similis ei erimus: quoniam videbimus eum sicut est.* Ideo definita ea propositio fuit ab Euaristo Pa. epist. 1. t. 1. Concilior. ex illo 1. Ioan. 3. ex quo etiam Concil. Francoford. epist. ad Episcopos Hispan. Eugen. Pa. 4. & Concil. Florent. sess. 16. Benedictus Pa. 11. siue 12. iuxta Molinam 1. p. qu. 12. art. 1. acque oppositam tenentes vt hæreticos puniendos statuit in Extrauag. *Benedictus*, vt refertur à Maiore in 4. qu. vi. & à supplemento Gabriel libi d. 49. qu. 2. art. 3. dub. 3. Argentina qu. 4. Bacon. eius libri 4. siue à Castro supra. Insuper in cap. *Dammamus*, de summi Trinit. vbi damnatur Almarici error, atque in Concil. Senonensi, vbi damnatur Abailardus, & in Trident. 2. in eandem veritatem conspirant Patres ex eisdem, Scripturæ locis, Dionysij de Celestij Hierarch. c. 4. S. Martialis. epist. ad Tolosanos c. 27. Origen. 1. periarth. cap. 1. ex illo Plat. 31. *In lumine tuo videbimus lumen.* Nazian. orat. 25. siue, comprehensionem Dei pro eius visione, de Patrum more, vsurpans, de qua contra Anomæos disputabat. Irenæus lib. 3. cap. 3. licet, ante iudicij diem ab aliquo videndus sit Deus, dubium in Augustino vbi refutit Gregor. Magn. 18. Moral. c. 8. & 36. Damasc. in Barlaam. c. 8. vbi summam damnatorum poenam visionis Dei priuationem appellat, & 1. de fide c. 1. vbi, licet Deum asserat naturam incomprehensibilem, id est inuisibilem, addit, nisi cui voluerit Filius reuelare. Ioan. Cypariscus de decade 4. cap. 5. Beda in id. 1. Ioan. 3. recitatum, & t. 8. lib. quæst. qu. 9. Hil. can. 4. in Matth. & can. 18. Nicet. in orat. 44. Nazian. vbi & Nazian. & orat. 25. & orat. 20. de Basilio. Isidor. lib. sentent. sentent. 22. Hieron. in illud 1. Corinth. 13. ad quod etiam Theodoret. Chrysof. & Theophylact. Bernard. term. 31. in Cantica, & epist. 187. August. denique epist. 6. 30. 111. & 112. cap. 4. 7. & 8. epist. 150. 4. de Genes. ad litter. cap. 23. lib. 12. cap. 34. de Trinitat. lib. 14. cap. 8. de Civit. lib. 12. cap. 29. quorum, & aliorum Patrum ad ea Scripturæ loca referunt testimonia nonnulla Valq. d. 37. cap. 5. Gramados controuers. 1. d. 3. sect. 2. Illud solem observauit doctè Armacanus supra cap. 3. atque ex eo Valquez num. 18. illud 1. Ioan. 3. *videbimus eum sicut est*, de visione erga humanitatem Christi, seu Christi, qua hominis, intelligi non posse, sed de Deo: quia Christi humanitatem, etiam damnati videbant, quam rationem primo dederat Fulgentius respons. 3. ad Ferrand. 3. Verum licet ita, ex Scriptura, & Patribus res habeat, tamen de aliquorum Patrum, etiam ex citatis, mente ad dubitatio est non levis. Etenim Chrysofostomus pio, & Catholicus in errore Anomæorum recitatum quæst. 2. odio, adeo sese illi opponere videtur, vt in alium, vt non incidit.

Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tomus I.

se, valde tamen, non semel, inclinasse videatur hom. 14. in Ioann. ad id: *Deum nemo vidit unquam*, ait: *neminem id, quod Deus est vidisse: neque Angelos, neque Archangelos: sed, si eos percontaberis, nihil ab his de Dei substantia audies, sed tantum referentes Gloria in excelsis Deo.* Posset autem de substantia eius à Beatis Angelis audiri, si ab eis eam videri censeret: ac infra subdit. *Deum videre est impossibile: quia cum nemo nouit, nisi Filius: quousque per carnem assumptam visibilis etiam Angelis factus est, quod autem Matth. 5. dicitur quoniam ipsi Deum videbunt, & cap. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei: Sic interpretatur cogitationem enim, atque imaginationem, quam pro viribus nostris capimus eam visionem appellat.* Clarius adhuc in ea sententia est hom. 3. de illis Seraphim Dei maiestatem videntibus, faciemque præ aciei suæ imbecillitate velantibus. Itai. 6. *quamquam non ipsam meram videbant lucem, nec ipsam sinceram substantiam: sed qua videbant condescensus erat, & indulgentia: quem condescensum & indulgentiam ita lubinde explicat: Cum Deus, non, vt est, se ostendit, sed quòd videre se potest, qui aspectum eiusmodi meruit, eatenus infirmitate videntis suam representationem meruit, ac temperat, condescendere illum tantisper dicimus, & huiusmodi condescensum nominamus, & indulgentiam, quibus familiaris repetit hom. 4.*

4. Theodoretus omnino concordat dialogo *Immutabilis*: vbi post alia, quæ roganti Eranisti de modo, quo Angelis semper faciem Dei videant, vt loco citato dicitur, Orthodoxi nomine respondet, *Ipsa ergo de Angelis intelligamus audientes quotidie, vident faciem Patris nostri: non enim vident substantiam diuinam, qua nec circumferibi, nec comprehendendi, nec mente percipi potest, & qua vniuersa comprehendit: sed quandam gloriam, quæ eorum viribus correspondet, sique eis commoderata.* Chrysofostomum de more, ac Theodoret. ea in re sequuntur Euthymius, & Theophylactus in id Ioan. *Deum nemo vidit unquam*, Nyssen. item lib. de beatitudinib. ad id: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Vbi substantiam Dei non nisi per effectus aliquos visibilem à creatura esse docet, ac proinde visionem Dei Beatis ibi promissam, non visionem Dei in se, sed possessionem eius significare, vt Plat. 117. *Vt videam bona Hierusalem.* Pro eadem sententia recitari possent Basil. 1. contra Eunom. post med. Epiphau. hær. 70. Cyrill. Alexand. 1. in Ioan. & Hierosolymitan. Cathec. 6. sed hi non ita clarè loquuntur, vt facili in sensum bonum explicari nequeant.

5. Chrysofostomum præcipue (& subinde reliquos) ita explicant S. Thom. part. 1. quæst. 12. art. 1. ad 1. vbi eius interpretes nonnulli, & in 4. d. 49. qu. 2. art. 2. ad 1. Duran. ibi. ad 4. Sixtus Senensis 6. Biblioth. annotat. 182. Ferdinand. Bellofisso aduertent. ad 1. t. Chrysof. cap. 5. Arrubal. 1. p. qu. 12. art. 1. d. 3. Herize d. 36. Fatolus ad eum art. dub. 3. & 4. magna locorum ponderatione, Soares. 2. de attribut. c. 7. n. 18. Primo, de inuisibilitate Dei oculis corporeis. Verum, cum de Angelis etiam, qui eorum sententia corporei non sunt, sed incorporei (vt ostendit Valq. 1. part. 2. d. 178.) ita loquantur, locum explicatio non habet. Et Theodoret. de mentis etiam oculis expressè agit. Chrysof. autem ex eo, quod Angelis non vident Deum nihil posse de eius substantia nobis narrare ait: quòd si eum oculis mentis viderent, vtique possent. Denique Anomæi, contra quos ibi censent oculis mentis visibilem Deum in se esse, imò ab ipsis videri docebant: quos ex inuisibilitate oculis corporeis, nullatenus impugnarent. Explicant Secundo de inuisibilitate Dei in se à nobis in hac vita, frigidius: quia de Angelis etiam, quos Beatos esse ij Patres fatentur, expressè loquuntur. Ast inquit Arrubal, Chrysofostomum hom. 5. de incomprehensibili Dei natura satis se explicuisse, quod de visione Dei in hac vita loquatur. Ait enim: *quando igitur ignoratur Dei substantia, summa dementia est velle Deo nomen imponere, nedum comprehendere.* Vbi illud quando refertur ad illud *Nunc* loci Pauli. *Videmus nunc per speculum*, quem explicabat: quasi pro tunc beatitudinis designato ibidem à Paulo. *Tunc autem facie ad faciem*, nec nomen Deo imponi, nec videri posse neget, sed admittat, vt expressè vi-

M. de cur

deur admittere hom. 3. in epist. ad Philip. his verbis, *in si sine hic* (in hac vita) *sine illic* (in Beatitude) *cum Rege sunt*: atque illi quidem multo magis proprius, non quasi quodam interiecto vestitibus, non per fidem, sed facie ad faciem. Sed certe quid aspectu Dei facie ad faciem, seu faciei diuine intelligat, satis constat ex datis n. 3. atque instantie illi de impossibilitate enarrandi nobis nequaquam sit satis.

6. Tertia explicatio est: loqui hos Patres de visione comprehensua Dei, soli Deo possibili. Verum, licet quandoque comprehensionis nomine vtantur, dum eam creaturæ possibilem negant: at comprehensionem nomine, non illam Scholasticam comprehensionem (de qua sequenti.) Sed Dei in se visionem intelligunt, vt ibi ostendit. Secundum: quia agunt contra Anomatos, qui comprehensionem pro totius Dei visione accipiebant, vt eorum argumentum ostendit, quod reieciimus, q. 2. cert. 2. Deinde: quia non ita insaniunt, vt æque ab ipsis videri Deum asserant, atque à seipso videatur. Tertiò: quia substantiam Dei in se non videri à Beatis Angelis aiunt, sed in aliquo, quod à Deo deriuatur. Quartò: quia aiunt nihil nobis de Dei substantia enarrasse, quia eam non cognoscunt; cum tamen ex visione non comprehensua enarrare aliquid de illa possent: quare & hanc illis negant. Ea propter Molina 1. p. qu. 12. art. 1. d. 1. Valq. d. 37. c. 2. Salas 1. 2. tract. 2. d. 4. n. 5. Fernand. de visionib. veteris testam. vil. 7. n. 3. sect. 1. censent hos Patres, incul pabiliter quidem in magno in Catholicam fidem affectu ad Anomatorum errorem fuisse infectos, vt in eam sententiam oppositam, falsam quidem, tunc autem nondum ab Ecclesia damnatam ierint. Licet damnata posthac fuerit, vt sæpe in aliis Patribus contra errores alios disputantibus vii venit, quod ipsum in præfati de Nysseno, & Theodoro iudicat Herize d. 36. citata n. 4. Ego vero magno fundamento ita hos Doctores iudicasse, negare minime possum. Tamen ita de eis sentire, in tantis Patres obseruantia, nusquam audeo. Maxime cum videam Catholicam nostram conclusionem, licet tunc nondum definitam, tot Euangelij locis expressam, illo etiam Matt. 11. *Nemo nouit Filium nisi Pater*: ex quo suam sententiam hi Patres præcipue deducunt: cum ibi etiam addatur, *Et cui voluerit Filius reuelare*: quibus Dei notitia clara, quæ Deo connaturalis dicitur, nobis ex Dei reuelantis dignatione possibilis denuntiat: quare censeo præfatos Patres de impossibilitate Dei à creatura, tam pro hac, quam pro statu beatitudinis esse locutos, viribus tamen nature, atque de se considerata, non ex supernaturali Dei adiutorio, sine quo, sicut nec videre, ita neque nobis quidquam de Dei substantia potest creatura etiam Angelica enarrare. Hoc quidem solam errorem Anomatorum satis confutabat, inuoluente illa Chrysostomi verba, *quam pro viribus nostris capimus*, & relata ex hom. 3. ad Philippen.

7. De Ambrosij etiam, atque Hieronymi agenda adducitur, & Ildori mente super hac questione. Ambrosij enim in 1. Lucæ ad id Ioann. 1. *Deum nemo vidit unquam*: ita scribit. *Et quid de hominibus loquimur: cum etiam de ipsis celestibus virtutibus, & potestatibus legimus: quia Deus nemo vidit unquam*. Et statim facit: *ideo Deum nemo vidit unquam* quia eam, qua in Christo habitat, plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente, aut oculis comprehendit. Sed licet hac referens August. epist. 112. c. 5. nihil respondet, tamen c. 9. vbi de comprehensione agit, de visione comprehensua Dei Ambrosium explicat, ac de potestate videndi Deum in hac vita, & c. 10. & 11. vbi hæc etiam ex Ambrosio: *cert. Quid mirum, si in præfati saculo, nisi quando vult Dominus, non videatur: in ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi his, qui corde sunt mundo*; & ideo Beati mundo corde. Concluditque August. *Cernis quam circumspecte loquatur Ambrosius etiam de his, qui in futuro saculo videbunt Deum, Et inchoat tandem vide quid adiungat Ambrosius: neque in loco (inquit) videtur Deus, sed mundo corde*. Hieron. autem in id. 1. *Audite verbum Domini Principes Sodomorum*. Sic habet: *licet faciem Dei iuxta naturam suam proprietatem nulla videat creatura: & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur*. Quasi sola Fide Deus mente percipi potest: Sed de visione oculis corporis primam testimonij partem interpretatur Aug. citata epist. 111. in 2. verò non dixisse oculis mentis credi solummodo à creatura posse, non videri: sed designasse oculos, quibus in celo

à mundis corde videndus sit. Sunt enim oculi mentis, quibus solum inuisibilis corporeis oculis esse creditur. Et certe Hieron. ipse in 1. 1. ita scripsit. *Homo Deum faciem videre non potest: Angeli autem etiam minimorum semper faciem Dei vident*. Et nunc in speculo videmus, & in enigmate: Tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus, & poterimus dicere cum Apostolo. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur. Ad quæ Augustinus. In his verbis hominis Dei multa consideranda sunt. Primum: quia secundum apertissimam Domini sententiam etiam ipse Hieronymus sentit: tunc nos visuros faciem Dei: Tandem Hieronymus in id. Matt. 11. *Nemo nouit Filium, &c. Eunomium iridet*, subditque quod si contendit inde suam insaniam consolari, quod sequitur: *Et cui voluerit Filius reuelare aliud est nature aequalitate nosse, quod noster, aliud reuelantis dignatione*. Ildorus tandem 1. Sentent. cap. 3. in id. Exodi 41. *faciem meam videre non poteris, atque quia, quamuis ad paritatem Angelicam humanam, etiam post resurrectionem natura perferatur, & ad contemplandum Deum indefessa confurgat, videre tamen, eius essentiam plenè non proualeat: quia nec ipsa perfectio Angelica in toto, vel integrè attingit scire. Sola enim sibi integrè nota est Trinitas, & humanitati suscepta, qua tertia est in Trinitate Persona*. Sed certe de notitia comprehensionis Dei loquitur, vt aperte illud integrè dicit: aut si illud integrè ac plenè ad præualeat, seu potentiam referatur, solum dicitur ex viribus nature potentiam videndi clarè Deum creaturæ non esse. Item abstractum humanitatis, pro concreto homo, posuit, quo solum pacto, tertia est in Trinitate Persona, ac eam comprehendit, seu integrè cognoscit: ac prouide eius Scholasticas, valere ad hanc sententiam idiomatum communicationem, aiebat ibidem Ildorus audi. 2. Offic. Eccles. c. 24. *Hic videt per speculum in enigmate in futuro autem facie ad faciem cum ad speciem fuerit perducta, per fidem*. Patres alij faciliorem adhuc explicationem habent, vt cert. 1. vbi eos pro Armenis opponemus, palam fiet.

CERTAMEN II.

Probatur à ratione conclusio, atque à nonnullis obiectionibus vindicatur.

1. Ratione Theologica probatur Conclusio. Primò: quia ad Beatitudinem necessaria omnino est clara Dei visio, siue ea totalis, siue partialis beatitudo nostra sit, siue quid ad illam essentialiter, atque necessario requisitum 2. atque nostra beatitudo possibilis est, imò de facto pluribus adest secundum fidem: ergo & visio clara Dei est possibilis. Secundò probatur argumento à contrario inuerso, quo q. 1. probabamus visionem claram Dei oculis corporeis esse impossibilem. Etenim obiectum, quod intra sphaeram obiectiuam alicuius potentie clauditur, clarè ab illa percipi aliquo modo potest: atque Deus intra latitudinem sphaeræ obiectiue nostri intellectus clauditur: ergo aliquo modo, saltem supernaturaliter, siue auxilio, aut dono aliquo supernaturali adiuuto intellectu percipi clarè ab eo poterit. Minor patet: quia Deum ab intellectu creato nostro percipi, cognoscere, licet imperfectè, notum experientia est, ac prouide, & hunc posse de Deo cogitare, Deumque intra ipsius sphaeram efficiat ob excellentiam obiecti ipsam in se viribus propriis naturalibus nequeat perungere. Maior probatur: quia nullum obiectum potest esse intra sphaeram obiectiuam alicuius potentie, quin sit aliquis proportio intentionalis inter vtutemque, quæ licet non omnimoda, & adæquata, seu ad æqualitatem sit, adhuc tamen aliqua saltem inchoata proportio est, quæ licet complementum non exigit, quia supernaturaliter est, tamen illius infert possibilitatem: neque enim possibile est inchoatum aliquid factio impossibile, eo quo potest compleri, & absolui.

2. Tertia probatio sit 8. Thom. 1. p. qu. 12. quam Theologi omnes probant: licet disputatio inter eos non admodum leuis sit, an demonstratio debeat censeri. Negant Molina 1. p. qu. 12. art. 1. d. 1. Soar. lib. 2. c. 7. Salas 1. 2. tract. 2. d. 3. sect. 1. & Recentiores plures, Astringit Scotus in 4. d. 49. qu. 2.

bili (quod est manifestum) sed ut existenti, si naturale existens sit, ut contra Ripaldam, & Recentiores reliquos fuisse ostendimus controuersi. I. de ente supernaturali, qui totius tertius nostrorum controuersiarum Theologicarum est, atque hunc Deo dante inmediate, nec multo post tempore typis sequetur. Denique opponi posset, Deus obiectum infinitum esse: ergo, & actus in illud tendens infinitus euaderet, quandoquidem ab illo, ut ceteri actus, specificatur. Negatur consequentia. Nam actus non solum ab obiecto specificatur, sed etiam a potentia: quæ, cum finita, & creata sit, nequit actus infinitus euadere: malum enim ex quocumque defectu. Nec valet scientiam Dei erga creatam infinitam esse solum ex infinitate potentie: ergo & creata erga Deum infinita erit solum ex infinitate obiecti, creata enim obiecta non specificant diuinam scientiam, quæ, quoad intrinsecum sui ab eis creatis, quæ cognoscit, non pendet; quod secus euenit cognitioni creatæ respectu suæ potentie.

CERTAMEN III.

*Molestum Philosophiam, & Theologiam,
magna ex parte, transcendens calculi
argumentum eluitur.*

1. Argumentum hoc eodem modo fieri potest contra omnem actum Theologicum, qui obiectum motuum diuinum aliquid habet, imò & contra abstractivam Dei cognitionem, quæ Deum obiectum sui terminacium habet, imò & contra visionem de Angelo, & de homine infra quos species infinitæ imperfectiores, & imperfectiores possibiles sunt. Adde, & contra potentiam productivam creatam hominis, & equi, quæ a suis terminis specificatur extrinsecè, atque in vulgari opinione entitate sua ad illos refertur, eisque, ut possibilibus, reuera connexa est; idcirco illud Philosophiam, & Theologiam magna ex parte transcendere dixi. Licet autem, vel inde eius argumenti fallacia satis prodatur, tamen aliquorum solutiones instantis pluribus locum ita fecerunt, ut non pauci Recentiores solum illud difficile iudicarent: quare orisum hic minime iudicavi illud simul, semelque ex instituto dissoluere, ne deinceps in nostris controuersis legatur.

2. Est autem argumentum huiusmodi. Actus in obiectum essentia sua tendens eo perfectior (paribus ceteris) est: quo obiectum est perfectius: siquidem actus omnis ab obiecto specificatur. Idcirco enim visio Angeli perfectior ceteris paribus visione lapidis: ergo, quo gradu obiecta se excedunt, debent se, ceteris paribus, excedere actus exerciti circa illa: atqui Deus infinitè excedit reliqua obiecta creata, collectiue etiam sumpta, in perfectione: ergo & actus qui circa ipsum versatur, ut Dei visio & reliqui, infinitè debet excedere omnes actus collectiue sumptos, qui circa infinita obiecta creata, versari queant: ergo debet necessariò infinitus esse absolute, & simpliciter essentia sua, quicumque actus circa Deum, ut eius visio, versetur: aliter implicaret creatum aliquid essentia sua absolute & simpliciter infinitum esse: ergo visio Dei omnino repugnat. Confirmatur: quia actus, ad quem ab infimo eius generis progrediendo perfectionis tamen determinata, per infinitos perfectiores & perfectiores, perfectionibus in vnoquoque determinatis, nunquam peruenitur, infinitus plane est: ut patet in linea, quæ maiores & maiores determinatè infinitas excederet: atqui ad perfectionem visionis Dei non peruenitur per infinitum progressum ab actu visionis circa obiectum infimum creatum, per infinitas visiones possibiles perfectiores & perfectiores, circa obiecta perfectiora & perfectiora in infinitum possibilia: ergo infinitus in genere visionis est. Confirmatur. Secundo: quia sicut obiectum visionis Dei, scilicet Deus, cuncta creata perfectiora & perfectiora in infinitum excedens absolute infinitum est: ita & visio eorum omnium infinitas numero perfectiores & perfectiores visiones cunctas excedens, infinita in suo genere & perfectione visionis absolute & simpliciter esse debet.

3. Falsus 1. p. qu. 1. art. 1. dub. 7. negat quancumque obiecti visionem, aut actum è maiore obiecti perfectione,

ceteris paribus, perfectionem euadere altera, quæ minus perfectum obiectum attingat, si inadquata, ac non comprehensua sit: sed, si ad quatuor, & comprehensua sit obiecti illius. Sed certe rem negat ab omnibus admissam, atque ex terminis ipsis fere notam. Equius enim dubitet visionem hominis, aut Angeli ceteris paribus, & si ipsius comprehensua non sit, & ad quatuor, perfectionem tamen visionem lapidis esse. Eo igitur indubitato principio admisso, Respondetur communiter actum non crescere in perfectione ex perfectione obiecti proportionem arithmetica est, ut si obiectum duplo perfectius altero sit, duplo etiam cognitio eius perfectior cognitione alterius esse debeat: quod ob causam creatæ limitationem, à qua actus promerit aune euenire: sed solum crescere proportionem geometricam, quam non satis explicans: sed eam satis esse inquit Arrubal, ut si obiectum perfectius certo obiectorum numero sit, eius cognitio eorum cognitionibus perfectior sit. Si autem omnium perfectissimum, & eius cognitio perfectissima omnium de aliis cognitionum euadat, ut ad eius perfectionem nulla alia cognitio peruenire queat.

4. Verum id satis videtur ad intentum euincendum. Licet enim non arithmetice, ut bene dicebatur, ad obiecti perfectionem crescat ceteris paribus actus perfectio, ut actus perfectus ut duo esse debeat, eo ipso, quod eius obiectum ut duo perfectum sit: cum tamen aliquid perfectionis actus ex obiecto trahat, & magis perfectionis ex perfectiori (ut notissimum atque indubitatum est) ponamus actum ex obiecto perfecto ut quatuor euadere perfectum ut vnum: & tunc quidem euident erit actum ex suo obiecto perfecto, ut octo trahere perfectionem ut duo. Et sic in actibus perfectiorum, & perfectiorum obiectorum: ut verum sit quod hæc solutio de proportionem geometricam concedit, scilicet, ut sicut se habet obiectum ad obiectum, ita proportione seruata, non obiectorum, & actuum quidem, sed actuum inter sese, se habeat actus ad actum. Iam verò, cum in quouis infinito plura infinita includantur, v.g. in infinito vnitatum, infinitum dualitatum, ternionum, & quaternionum, licet (ut notissimum est) duplo, vel triplo, vel quadruplo minus perfectionis, quam sit in obiecto, in actum, seu cognitionem eius trahatur: si tamen obiectum infinitæ simpliciter & absolute perfectionis sit, & in quo infiniti gradus perfectionis, vel formaliter, vel æquialenter continentur, uti continentur in Deo, actus in illud tendens, & tendens perfectionem habebit infinitam, & æquialentemque infinitis perfectionibus maioribus & maioribus infinitorum: non quidem obiectorum perfectiorum & perfectiorum ab infimo vique ad perfectissimum obiectum, scilicet Deum, sed actuum perfectiorum & perfectiorum, qui circa eiusmodi obiecta versari, ad illaque terminari queunt. Hoc autem solum argumentum cuiusque confirmationes continentur.

4. Ad ea autem omnia respondent. Primò nonnulli cum Arrubale, licet actus circa Deum infinitum versans infinitos maioris & maioris perfectionis actus sub se habeat, eisque æquialent, non tamen esse infinitæ perfectionis: quia non est in eadem specie perfectionis, atque illi. Sed malè: quia, nec Deus in eadem specie, imò nec genere villo, adhuc supremo, cum creaturis infinitis perfectioribus & perfectioribus est: tamen, quia eis omnibus superior, perfectiorque est, atque eorum perfectiones æquialenter atque eminenter habet, infinitus absolute, atque infinitæ perfectionis est. Hæc diff. 36. c. 4. a. n. 63. respondet eis argumento, & confirmationibus solum euincit actum tendentem in Deum esse negativè infinitum. Sed non melius: quia perfectio illius actus æquialens infinitis perfectioribus posita est. Lugo d. 5. de lucinat. sect. 3. a. n. 36. & Recentiores alij respondent in hac, & similibus difficultatibus, & materiis eis discursibus solum inferri infinitatem actus secundum quid, aut æquialenter, non autem absolute & simpliciter. Sed hoc de infinitate æquialenter reiciendum omnino à creaturis, ac proinde ab actibus creatis est: quibus non minus æquialens, quam formalis infinitas repugnat, imò multo magis cum sit infinitatis genus nobilissimum, quam formalis si proprie æquialentia vox usurpetur.

6. Quod autem infinitas secundum quid creaturis non repugnat, in pluribus, patet: præcipue in continuo quantitativo, quod in satis communi opinione de eius infinitis partibus proportionabilibus, in mea autem ex infinitis

CERTAMEN IV.

Veritas solutionis huius in infinitate secundum quid tantum specierum, & actuum supremorum.

nitis punctis compositione planum est: ac proinde quantum quantitate, imò & eius aliquotam partem, licet finita absolute sit, secundum quid, siue secundum partes proportionales infinitatem claudere, atque in se habere. Quæ solutio Murcianis Recentioribus sæpe citatis placet, licet ex nonnullis prænotatis è tractatu suo de infinito, quæ nobis placere non possunt. Ait enim de conceptu infiniti illud esse, ut eo nihil maius in suo genere esse cogitari possit: sique solum explicari, ac definiti rectè possit. Vnde, cum tendentia in Deum quantum essentialiter actus visionis includit, & creatum quid sit, & à potentia, & principii limitatis procedat, & meliorem, atque superiorem aliam in Dei visione circa seipsum necessitudo habet in suo genere, & habere potest, ad huc in creatis, ratione melioris compingit, & attentionis intentionis potentia: quare in suo genere melior omnibus, qui esse, cogitari possunt non est: quare neque absolute, & simpliciter in eo genere infinita. Sed certe infinito quantitas extensio, aut intensio homogenea continuæ, imò & discreta nullatenus continet. Linea enim quantumvis infinita, maior adhuc esse potest, si medio aut parti sui pars alia addatur, licet si utriusque infinita sit à fine, vel initio sui (ut ita loquar) nihil addi possit: quia iam terminus intrinsecus ipsi daretur, qui eius infinitatem destrueret: atque idem est de infinito intensio homogenea, atque de infinito quantitatis discreta. Ille igitur infinitas conceptus, conceptus infinitatis specialis Dei est, quorum prædicata infinita, non solum per denegationem termini intrinseci sunt, & quæ proinde aliquid generis illius extra ipsa esse, excludunt: sed per denegationem termini etiam extrinseci: & quæ ideo quidquam generis illius non solum realiter, sed & formaliter extra ipsa esse prohibeat, ut sæpe controuersia præsentis, & controuersæ, de Trinitate docuimus. Denique est conceptus ille proprius infinitatis vniuersum sumptæ esset, eius proprietates & secundarias, non autem eius essentia & primarius conceptus foret. Ex eo enim, quod infinitas in se habeat partes, atque progressu infinito ad vltimum perueniret, prout, quod maius aliquid infinito in illo genere esse nequeat. Etenim infinitas rei intrinseca est. Maioritas autem, & minoritas: ac proinde earum negatio, comparatio ad aliud extrinsecum in utriusque entitate fundata.

7. Licet autem ea solutio infinitatis secundum quid actuum tendentium in Deum, & creaturarum, in quibus calculatorum hoc argumentum locum habet, vera foret: oportet tamen non admittere infinitos actus, vel creaturas perfectiores & perfectiores determinatio excessu visionis Dei, aut creatura alia inferiores, aut totam inferiorum collectivè sumptarum perfectionem formaliter, aut æquivalenter in superioribus includi. Si enim verumque admittatur implicat eam visionis Dei seu cuiusvis alterius tendentia in Deum, infinitatem secundum quid, ac non simpliciter & absolute talem esse: etenim si tendentia illa in Deum infima in infimum obiectum, est à potentia limitata sit, aliquam entitatem, & perfectionem trahit, & superior alia immediata ad obiectum immediate superioris infimo illo, & sic deinceps infinita progressionem ascendendo per obiecta, & actus superiores, & superiores vique ad Deum: ergo, si excessus vniuersiusque tendentia actus superioris, & superioris respectu inferioris determinatus sit, supra determinatam entitatem, & perfectionem illius, quam formaliter aut æquivalenter etiam includat tendentia circa supremum obiectum infinitè ab infimo per excessum perfectionis distans, infinitos gradus determinatos perfectionis formaliter, aut æquivalenter habebit: ergo erit perfectionis simpliciter & absolute infinita: quemadmodum linea eo præcisè quod infinitas partes determinatas, seu aliquotas, quas vocant, in se claudat infinita absolute & simpliciter in suo genere esset: utrobique enim partes lineæ, aut perfectionis tendentia illius accipienti restant semper alia, & alia accipienter. Nec refert ad principij, & prædicati creaturæ limitationem recurrere. Inde enim probabitur creaturæ tendentia creatæ in Deum à potentia limitata potius, quam solvatur argumentum: cum inde constet limitationem eiusmodi sententiam necessariò esse, quæ argumentum factio infinita, atque illimitata absolute & simpliciter fore monstratur.

1. V. Era nihilominus ea solutio est, quæ eis argumentis solum probari infinitatem secundum quid contendit, quæ ut diximus creaturis non repugnat. Sed quia negari nequit quin species siue actus superior formaliter, vel eminenter, seu æquivalenter inferioris perfectionem contineat, & aliquid amplius (quod erat alterum è duobus negandum, ut argumenta facta infinitatem simpliciter & absolute talem in eis non euinceret) negandum necessariò est speciem superiorem supra infimam creatam, & sic de reliquis addere aliquam perfectionem aliquotam supra perfectionem infimam speciei, quam æquivalenter continet, licet necessarium sit, quod addat aliquem excessum perfectionis proportionalem siue ex proportionalibus partibus perfectionis, siue ex eius punctis constatum: quæ infinita adhuc sui repetitione innitum simpliciter & absolute excessum perfectionis non constituit.

2. Etenim sicut neque infinitas partes proportionales, aut puncta infinita, quibus continuum quantitatum iuxta meam, vel alteram communem opinionem constituitur, infinitam quantitatem continuum absolute & simpliciter constituit, sed intra finitam absolute & simpliciter quantitatem sunt: ad eam igitur modum finitam absolute & simpliciter perfectionem, eminentialis continentia perfectionum & perfectiorum ab infima ad supremam specierum creaturarum summum modo proportionaliter se excedentium, quæ in suprema est, infinitatem simpliciter & absolute talem nusquam constituit: quia ex proportionalibus perfectionis infinitis partibus constatur, non ex aliquotis. Quod si in speciebus obiectorum infinitè sese solum proportionaliter excedentibus verum id habet: citius in eorum cognitionibus, & actibus creatis, quæ ne proportionem arithmetica & perfectione crescant obiectorum, sed minori adhuc, verum habebunt. Quo satis ubique calculatorum argumentum habet, ut ubique quiescat.

3. Sed dices vnde constet res, & cognitiones, seu actus infinitos sese mutuo in perfectione excedentes solum se excedere perfectione proportionali, ac non aliquota? potius enim videtur excessum vniuersiusque respectu inferioris aliquotum, & determinatum esse debere. Primò enim infima omnium possibilium species, sicut entitatem, ita & bonitatem determinatam, & aliquotam habere debet: cum nihil solum proportionale extra aliquotum esse, à Deo produci possit, ut commune Philosophis axioma est, vnde à pari inferri videtur proximè superioris speciei excessum perfectionis aliquotum esse debere. Secundò quia ex memorato axioma proximè superior speciei determinata, & aliquota entitatis propriæ, & perfectionis non minus debet esse, quam infima: & sic de aliis perfectionibus & perfectioribus. Cum autem diuersa eius perfectio, & excedens sit, debet esse excessu perfectionis determinato, & aliquoto, siquidem proportionalis excessus additus aliquoto nequit facere aliam perfectionem aliquotam, & determinatam maiorem. Sicut neque pars proportionalis quantitas addita parti quantitas aliquota maiorem aliquotam, imò neque aliquotum potest constituere.

4. Caretque ratio, quæ in obiectione hac petitur, cur excessus proximè in creatis superioris speciei respectu infimæ proportionalis esse debeat, non aliquotus ex absurdo quod infinita simpliciter & absolute suprema ex creatis species creata, imò & inferior longe suprema, essentia sua foret, aperte datur. Cum talis fore argumento calculatorio bene penetrato demonstratur: & tamen infinitas eiusmodi Dei propria sit, ac proinde creaturæ repugnans. Quid ergo robustius ratione qua aliter sentientes in aperta agit, cogitque contradictionem? ad primum autem negatur paritas ab aliquota perfectione speciei, seu actus

infimi ad excessum aliquorum superiorum in infinitum, & superiorum: quia in hoc involuitur contradictio, non in illo. Ad rationem ex illo axioma, quod nihil proportionale, & non aliquotum, & determinatum, sed solum proportionale esse, aut produci à Deo possit admisso, respondetur; facile solum inferri speciem, & actum superiorem perfectionis determinatam esse & maiorem, non autem maiorem determinatam & aliquotam: ad id enim opus esset, ut perfectionis excessus aliquotus esset ac determinatus, quod absurdum. Illud autem quod assumebatur, nempe neque posse esse maiorem perfectionem determinatam, quia ex proportionali excessu, & aliquoto, nequit aliquota perfectio constitui, prorsus falsum est; si enim ex puris proportionalibus partibus aliquotum constituitur in opinione communi, citius ex proportionali & aliquoto constituitur. Loquor in communi hac continui compositione, quam in Physicis reici. Nam in mea de infinitis puris punctis facilius hæc omnia ibunt. Siquidem duo hæc argumenta locum non habent, & quidem species entis cuiusvis creati superioris perfectionis, inferioris alterius determinatam perfectionem & entitatem non claudic formaliter entitatis, & aliquid aliud, adhuc proportionale entitatis ac perfectionis addit, sed se tota speciali conceptu suo indivisibiliter perfectior est: quare locum proprie loquendo, non habent quæ ex augmento quantitativo lineæ maioris, per continentiam tantæ magnitudinis, quanta in minori est, & alterius siue aliquotæ, siue proportionalis partis additione.

5. Secundo oppones. Licet hæc ita habeant in speciebus, & actibus tendentibus in objecta perfectiora & perfectiora creata in infinitum possibilia; at in actibus qui Deum attingunt, qui proculdubio infinitum simpliciter & absolute obiectum est, locum non habent: quare ij actus infiniti erunt, atque ex aliquota absolute & simpliciter infinitate eius essentiali infinitatem trahent: sicut traherent ex infinitate aliquota obiecti creati. Respondetur negando actum creatum attracturum perfectionem infinitam ex obiecto simpliciter infinito secundum speciem suam, etsi in creatis esse possit. Sed dixisse nos vniuersum neque actus, neque obiecta creata, etsi supremæ speciei forent, & quæ inferiores & inferiores in infinitum haberent fore ex specie sua simpliciter & absolute infinita. Quia aliæ species perfectiores, & perfectiores in infinitum, tam in actibus, quam in obiectis inferiores alias proximæ non excessu aliquoto, seu determinato, sed proportionali excedunt: quo argumentum calculatorium in presenti, & aliis materiis cessat.

6. Vnde, etsi infinitum simpliciter obiectum sit (ut de facto Deus est, atque per impossibile esse creatum aliquid admittatur) eo principio statuto actus infinitas non inferitur: quia, cum certum sit actum non sumere suam perfectionem ex obiecto proportionem arithmetica, sed geometrica, ut explicuimus supra: atque statutum sit contra hoc calculatorium argumentum species rerum creatarum quarumcunque, superiores & superiores in infinitum solo excessu determinato proximè inferioribus excedere posse; idem de actibus tendentibus in quodvis obiectum etiam infinitum est dicendum. Initabis tamen: actus circa obiectum infimum, ex creatis aliquotam perfectionem ab illo trahit: ergo illi proximè superior circa obiectum aliquotæ maius, & sic in infinitum possit, & superiores aliquotæ esse in infinitum possit, aliquotæ etiam maiorem & maiorem perfectionem à suis obiectis in infinitum traherent: cum non minus specificentur, essentialitatemque dependentiam habeant actus superiores à superioribus suis obiectis, quam infimus actus ab infimo, nec minùs quàm hoc, & illa influxiva perfectionis in suos actus fit.

7. Respondetur in meis principiis de constitutione continui punctis solis infinitis, instantiam nullam esse. Cum enim quocumque indivisibile determinatum quid sit (licet non aliquotum, id est quod aliquoties repetitum efficiat designabilem, & mensurabilem à nobis determinatam magnitudinem) seorsim vel solum, vel coniunctum cum alio, vel aliis finitis numero indivisibilibus (quæ tamen aliquotam magnitudinem non faciant) produci à Deo poterit, quare actus ille infimus ab infimo obiecto vnum solum, vel duo, aut tria indivisibilia perfectionis ab obiecto infimo trahere poterit, & sic superiores & su-

periores actus à perfectioribus, & perfectioribus suis obiectis trahere poterunt, quin ad infinitum simpliciter perfectionem perveniant, etiam si infinitum aliquod creatum obiectum tandem pertingerent: quare nec actus circa Deum versans illam ex eius infinitate trahet. Sed in communi alia continui compositione ex infinitis partibus proportionalibus respondetur, actum infimum determinatam illam & aliquotam perfectionem non trahere ex obiecto, siue ad obiecti exigentiam, licet tota illa ad obiectum terminetur: quia licet totam illam terminatam possit intensiorem & perfectiorem, non tamen illam petere, sed quasi patiatur extrinsecè à potentia & compingentibus actibus illius: quæ ex necessitate effectus, qui nonnulli aliquotus produci potest, ac non proportionalis tantum, ad aliquotam eius infimi actus entitatem necessariò concurrunt: deinceps autem in superioribus actibus solum ad proportionalem excessum, quem vnumquodque obiectum superius de se in suo actu reposit. Dixi autem sub finem numeri 4, in se totis diversis perfectioribus speciebus instantiam propriam à maioribus quantitativè respectu minorum esse non posse.

8. Denique dices: ex continentia Dei eminentiā omnis possibilis creaturæ perfectioris & perfectioris, inferri à nobis infinitatem Dei, atque omnipotentiam: ergo ex continentia eminentiā omnium inferiorum & inferiorum speciebus in infinitum in supremam, ad quam perveniri progrediendo non potest, infinitas deducitur: quod si huic infinitati evincenda obest, quod superiorum & superiorum excessus solum proportionalis, ac non aliquotus sit, etiam obest infinitati Dei, eiusque infinitati demonstranda. Respondetur negando consequentiam. Dei quippe, atque omnipotentis infinitatem non ex continentia eminentiā inferiorum creaturarum deducimus utcumque: diximus enim eam deduci etsi creaturæ possibiles infinitæ non essent, sed ex ratione, & modo eas continendi. Eas quippe continet præcisè, quia non repugnant: quæ ratio, si in infinitis infinitis chimæris adfuerit omnes in Deo continerentur, atque, quatenus ex parte Dei eiusque potentia est, continetur: vnde, & modus eas continendi eminentiā est amplissimus, & sufficiens, ut sic loquar, respectu creaturarum contentarum; quemadmodum continentia omnis spatij & durationis creata possibilis, per immensitatem & æternitatem Dei amplissima est, & in qua spatia, & durationes omnes creatae possibiles quoquoersum agi, moveri atque agitari queant. Species autem suprema illa creata, ita inferiores infinitas proportionali diminutione decrecentes eminenter continet, ut nihil ei præter necessarium ad excessum proportionalem proximè inferioris superfit. Quo labascit argumentum. Præterquam quod continentia eminentiā actus, & exemplaris, seu idealis Dei omnem formalitatem effectus debet, etsi excellentius, continet, quare & ex eiusmodi continentia inferiorum rectè inferitur Dei infinitas simpliciter; species autem perfectior præter genus nihil, quod inferioris, & imperfectioris sit continet; imò verò in differentiali prædicato, quo perfectior euadit, diversa omnino ab imperfectiori est, & aduersa: quare neque aliquid continet illius, ut diximus.

QVÆSTIO IV.

Sine Deus ab intellectu creato comprehensue inuisibilis.

DEVM naturæ viribus comprehensibiliter videri non posse certum ex dictis est: cum cepta, & Catholica veritas sit Deum naturaliter videri à creaturis minime posse. Quare id solum in præsentia inquirunt: an viribus supernaturalibus ita Deum adequatè, & totaliter videre intellectu possit, ut ipsum comprehendat perfectissimam cognitionem, quæ strictè comprehensio à Theologis appellatur; non lata illa, quia Dei visio quævis

ad Colof. 1. & ad Corinth. 9. Comprehensio ab Apostolo nominatur, ad id autem comprehensionis essentia statuenda in primis est.

CERTAMEN I.

De Comprehensionis natura, & essentia aliorum placita.

1. Communis comprehensionis apud Scholasticos definitio sic habet. *Cognitio rei, qua nihil eius latet cognoscitur.* Traditque creditur ab August. epist. 112. c. 9. ubi habet. *Aliud est videre, aliud totum videndo comprehendere, quandoquidem id videtur, quod praesens, utique sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumspici possunt.* Quibus consonare videtur locis citatis, sed certe Augustinus de comprehensione, prout idem cum visione est, non autem de comprehensione stricta, atque contra visionem distincta eis locis agebat. Etenim a cap. 6. Eius epistolae totus est in referendo, & explicando Ambrosio lib. 1. in Euang. dicente Zachariam non comprehendisse, id est vidisse, Angelum in se, & in natura sua, sed in specie, ac forma visibili, quam voluit elegit, non natura formae: sique solum à Patribus nonnullis veteribus Deum esse visum: etiam à Moyse, qui facie ad faciem ei allocutus dicitur: sublitque rationem: quia id videtur, utrumque nempe, quod praesens circumspicit, id est sub specie aliqua sentitur. Comprehenditur autem, cuius nihil latet: sub specie nimirum, seu forma, videntem. Quin Augustinus hom. 38. de Verbis Domini, ac saepe alibi comprehensionem Dei Beatis concedit, ac solum videntibus, & ex virtute naturae neque creaturis possibilem, ut ex multis eius locis vidimus 93. cert. 3. atque ex aliis inferius videbimus. Sicut ergo Augustinus nunquam comprehensionis voce eo sensu, quo Scholastici, visum esse: ac proinde neque Bedam, qui ab Augustino, verba etiam, nec sententiam solum, mutuatur in 1. Ioan. 3. quod ipsum de aliis Patribus inferius ostendemus.

2. Licet autem haec ita habeant, tamen non ita male eis verbis comprehensio definitur, ut si bono accipiantur sensu, bona definitio non sit, ut ex dicendis constabit. Ceterum ita intelligunt illam Vazq. 1. p. d. 53. c. 4. Alarcon, d. 4. c. 6. & alij plures, ut dicant ad comprehensionem requiri (in quo omnes conveniunt, quos viderim) ut quidquid obiecti, siue intrinsece, siue extrinsece tandem sit, quia vel formaliter, vel eminenter in eo continetur, vel quovis tandem alio modo esse adhuc extrinsece potest, comprehensione cognoscatur: quoniam verò sua extrinseca & intrinseca omnia Deus Beatis revelare posse videtur, ac proinde, & ab illis posse comprehendi. Falol. 1. p. q. 12. art. 7. dub. 4. negat Deum omnium sibi intrinsecorum, & extrinsecorum cognitionem communicare creaturæ posse: quia ea cognitio, ut pote infinitorum simpliciter & absolute infinita ex specie sua foret: quod creatura repugnat cognitioni. Sed in primis hoc solo illo argumento calculatorio probat, quod q. 3. cert. vlt. discimus: quodque citius Deum essentia sua infinitum videri in se à creato intellectu non posse probaret, ut patet. Secundo comprehensio pluribus cognitionibus haberi de obiecto, & omnibus quae ad ipsum pertinet optime potest: ut colligit ex comprehensione lapidis corpora: unde ad comprehensionem intellectualem translatum nomen, & metaphora petita est, quae duplicis manus apprehensione duplici efficitur. Infinitae autem numero cognitiones finitae non magis, quam infinita obiecta repugnant. Secundo Recentes nonnulli aiunt: omnia, quae aliquo modo Dei sunt ad comprehensionem cognosci debere secundum statum omnem, quem habeant, tam possibilitatis, quam existentiae. Quod si Deus decernat non existere visionem creatam, vel ad illam non concurrere, nulla creata visione cuiusmodi decreta actu existentia cognosci poterunt. Cum omnem creatam visionem alterutrum, nec solum utrumque è rebus tollat. Similiter nec scientia visionis de tali-

bus decretis, quae de facto non est: cum de facto ea decreta non sunt, poterit ut existens visione vlla creata videri: sed solum ut possibilis. Licet autem eiu modi decreta, eorumque scientiam visionis solum secundum possibilitatis, ac non existentiae statum per divinam scientiam represententur: aut cum divina scientia ob suae excellentiae in representando infinitatem, ea etiam secundum eum statum immutata omnino representatione sua representaret, si illis itatus ille adesset: de se quidem comprehensio Dei est.

3. Sed contra primò: quia vel cognitio creata potest immutata in representando ad aliquod obiectum denudò adueniens representandum extendi vel non? si potest etiam illa decreta & scientia casu quo existerent, ut existentia representari à scientia creata possent, sicut à divina: quare & de se comprehensio Dei esset. Si nequit: inani & superuacuo molimine, & recurru ad decretum de non existentia visionis omnis casu, quo adesset, recurrit: cum plura decreta, imò & creaturae plures possibiles de facto non sint, neque cognoscantur ut existentes. Etenim nulla visio, aut scientia creata potest extendi immutata in se, & in representando ad illa representanda ut existentia, casu quo existerent: si autem dicas esse possibilem aliquam in eo casu quae omnia alia representaret praefer illa decreta, & scientiam. Primò: nulla esset possibilis, quae Dei substantiam representaret: ac proinde eo modo, & hypothese non solum incomprehensibilis, sed & inuisibilis Deus ostenditur: quod si ea solum hypothese, quae Deus inuisibilis est, incomprehensibilis possit probari: ea sublata aequè comprehensibilis, atque visibilis absolute dicendus contra commune, ut minimum. Theologorum erit. Secundo ea etiam sublata hypothese nulla esset cognitio creata, quae omnia Deo intrinseca, & extrinseca representaret actu existentia suo modo: cum in his alia positiva, alia negativa, & contradictorie opposita sint, ut negatio decretorum, quae in quavis hypothese essent: cum enim negatio decreti, & rei cuiusvis simul cum illis esse non possit, nunquam dari poterit cognitio, quae omnia, quae Dei sunt tam intrinseca quam extrinseca representaret actu existentia, pro casu quo existerent, si dari possit cognitio creata, quae sine sui intrinseca variatione alia obiecta denudò aduenientia, praeter ea quae semel representavit, representare valeat. Quod hi merito iudicant impossibile: quare frustra ac superfluo ad decreta illa, & hypothese Doctores isti recurrunt: cum eo statuto principio, quod nimirum cognitio comprehensiva obiecti talis esse debeat, ut omnia, quae in quovis casu & hypothese aliquid obiecti sunt de se representare valeat, in his, quae absolute sunt, imò in nulla hypothese possunt, deficere, nulla cognitio creata, quae comprehensio Dei sit valeat excogitari.

4. Sed tertè principium hoc falsum omnino est, & propterea inane. Quae enim nondum aliquid obiecti sunt, imò neque in se sunt, quare neque cognoscibilia sunt (ut decreta, & scientia illa) opus non est ut cognitione comprehensiva, eiusque representatione, quae tantum dicit cognitionem eorum, quae aliquid obiecti sunt continentur, pro casu quo & in se cognoscibilia, & obiecti aliquid essent: licet enim haec non ita pro illo casu cognitione, eiusque representatione continentur, dum tamen reliqua, quae absolute cognoscibilia, & aliquid obiecti sunt ea cognitione represententur, verum absolute erit talem cuiusmodi cognitionem esse, ut nihil rei lateat videntem: quo ex data, & recepta ab his Doctoribus definitione essentia comprehensionis continetur. Quare, & verum erit eam cognitionem absolute comprehensionem esse. Confirmatur ex comprehensione corporali, à qua ad intellectualem ducta metaphora est. Ad eam quippe sola quantitas, quam de facto, & absolute corpus habet, contineri, ac deinde corporali apprehensione debet, ut comprehensio stricta sit: quin talis exuberantiae, & amplitudinis apprehensio esse debeat, ut totam, quam absolute, vel in hypothese aliqua posset corpus quantitatem habere, immutata & invariata circumscriberet. Alioquin nulla corpora comprehensio esset possibilis, ut patet, ac mox in spiritali & intellectuali expendam. Impugnatur Secundo idem principium ab absurdo: quia cum nulla creata cognitio non representans actus, & effectus creaturae cuiusvis mere possibiles, qui actu non sunt, eos casus

quo

quo sunt, representare queat: fiet planè contra communem sensum Theologorum nullam creaturam ab alia comprehendì intellectuatiter posse; imò absurdius aliquid inferetur: nullam scilicet cognitionem de se non representatam omnium excogitabilem, tam possibilem, quam impossibilem pro hypothese possibili, aut impossibili, quod ad obiectum aliquod pertineret, ac proinde verà, & in illo cognoscibilia forent, obiecti alicuius comprehensionem esse posse: atque enim de facto nihil obiecti sunt, atque ad illud non pertinent, quæ de facto non pertinent, atque ea quæ pertinere ad illud non possunt. Hoc autem adeo paradoxum, exoticumque est, ut in nullo calamus, imò mentem, venerit admittere.

5. Tertiò alij idè non posse omnia tam intrinseca, quam extrinseca Dei visione creata videri putant, quare neque Deum comprehendì: quia visio Dei creata, quæ aliquid extrinsecum Dei est supra seipsum reflectere, ac se videre, & representare minime potest, sed per aliam supra ipsam reflectentem, & hæc per aliam, & sic in infinitum procedendo, qui processus infinitus actuum, & obiectorum, à quibus causantur, omnino repugnat: ita Monachus d. 2. c. 9. Pet. Thurt. disp. 18. de anim. sect. 3. & 4. & manuscripto de vis. d. 15. sect. 3. Addunt visionem creatam non cognita per seipsum, neque reflexa vlla, neque actus amoris erga Deum, qui illam, vel reflexas alias supponunt, posse per illam videri: ac proinde plura, quæ ad Deum spectant, quamvis creatam visionem effugient: quare nulla Dei comprehensio esse poterit. Rationem hanc multis impugnant Murciani Recentiores contendentes obiectum nullatenus scientiam, seu visionem creatam naturæ præcedere: quia aliunde, quam ab obiectis, habitis speciebus, propriis adhuc, naturaliter haberi possit. Verum præcedentiam naturæ purè termini negare obiecto, respectu visionis minime possunt: sicuti neque respectu amoris ad quem obiectum purè terminatum, imò & motuum actus non concurrunt. Secundo impugnant: quia ea visio directæ Dei cum aliis omnibus creatis per unam aliam visionem omnium poterit diuinitus saltem cognosci: ac Deus per utramque comprehendì: sed male, reddit enim de visione illa reflexa, quæ Dei effectus est argumentum, & infinitus processus obiectorum, & actuum. Nihilominus ea ratio est insufficiens: tum quia nihil extrinsecum obiecto, & cum quo hoc connexionem intrinsecam, seu respectum transcendentalem non habeat, cognosci oportet, ut nihil obiecti dicatur cognoscens non latere. Secundo: quia eodem discursu nihil creatum comprehendì à creatura posse æquè coniungitur: cum nulla eius cognitio esse possit, quæ seipsam representet.

6. Vazq. c. 4. & d. 60. circa finem, ex quo reliqui, fatetur posse absolute creatum intellectum omnia Dei intrinseca & extrinseca diuinitus cognoscere: at verò non posse illi comprehendere: quia ea ex vi visionis Dei, ut ad propriam comprehensionem oportet, nequit cognoscere: cum Deus eadem respectum ad creatam ipsi extrinsecam nullatenus dicat, nec medium ad ea cognoscenda esse possit. Cum autem Dei scientia increata è Deo ipso, tanquam ex primario obiecto, atque adeo speculatio infinitam representationem trahat, qua omnia cognoscibilia, etiam extrinseca secundariò representant, fit planè, ut ex vi visionis Dei cuncta extrinseca Deo, quæ ipsius effectus sunt, esse possint, à Deo cognoscantur, atque Dei increata cognitio sit ipsius comprehensio. Multa in hac sententia displicent. Primo id, quod definitioni illi ex Augustino desumptæ additur. Nimirum comprehensionem ex vi visionis obiecti debere cuncta, quæ ad ipsum spectant videre. Id enim oportet, ut Augustinus, & Scholastici veteres definitioni addidissent, ut reciperetur à reliquis. Neque enim fas nobis est traditis antiquitate definitionibus rerum quidquam addere, vel minuire; alioquin cum rerum definitiones scientiarum principia sunt, si ex pro iudicio, libitque immutari ab inuicemque possent, nihil in scientiis firmum haberetur. Secundo ex ipsa natura corporis comprehensionis, ex qua intellectualis cognitio comprehensio dicta est, impugnatur. In ea quippe opus non est, ut quidquid quantitatis in corpore comprehensio est, ex vi comprehensionis alicuius alterius, quod corporis est, contineatur: ut si dimidium lapidis una manu contineas, opus non est ut ex

huius continentie vi dimidium aliud lapidis alia manu contineatur. Displicet secundo modus, quo explicatur visionem increatam ex vi visionis Dei extrinseca omnia, quæ Dei sunt representare. Etenim ex infinitate representationis, quam visio increata è Deo tanquam obiecto primario, & speculatio trahit, non magis determinatur ad representanda, quæ Dei aliquid sunt, quam quæ non sunt: quare non, quia Dei sunt aliquid, ea representat, ut ex vi formalem rationem comprehensionis oportet, ut ex vi visionis obiecti, quidquid illius est, per illam cognoscatur: innuitur enim eis vocibus, ut, quia illius aliquid sunt, ex eius visione ad ea cognoscenda comprehendens determinetur: ac proinde, nisi caratione ex vi visionis obiecti cognoscantur, formalis comprehensio obiecti visio non erit: quod autem ratione infinitatis, quam ex ipso trahit non magis determinetur ad videnda obiecta, quæ aliquid illius sunt, quam quæ non sunt aliquid illius, patet: quia, si per possibile, vel impossibile aliquid obiectum esset, quod ad Deum nullatenus pertineret, ratione & titulo infinitatis suæ æquè necessario increata scientia illud representet. Imò neque vllam creaturam comprehendit Deus ex inconnexis cum suis extrinsecis, ut inconnexæ causæ sunt cum suis effectibus existentibus; & sic si à causis pluribus indifferenter possint oriri siquidem neque ex obiecto creato Dei scientia representationem trahit, neque eiusmodi obiecta realiter transcendentaliter connectuntur ac referuntur.

7. Displicet tertiò: quod ea etiam, quæ aliquid rei comprehensione esse, dicunt extrinseca obiecta possint, debent absolute cognosci, nedum ex vi visionis cognosci, ut res comprehendantur, etsi hæc nullum intrinsecum respectum habeat ad illa: in quo video Murcianos Recentiores Vazquo, & eius assensu consentire. Etenim, ut nihil rei non cognoscatur, lateatque videntem, fat est, si omnia eius intrinseca cognoscantur, quæ si absque extrinsecis cognosci non possint, quia horum respectiva sunt, tunc etiam cognosci debebunt, non quidem ratione veritatis, aut cognoscibilitatis suæ, sed quatenus tota veritas rei necessariò cognoscenda: ut comprehendatur, eis ignotis cognosci nequit: at verò cum extrinseca obiecta respectum essentialem, & intrinsecum rei comprehendenda non terminant, ac proinde tota illa sine eis videri, cognoscique potest: nulla est ratio, ob quam cognoscatur, atque visione se cognosci debeant, ut res tota cognoscatur, atque visione, seu cognitione absolute contineri, definiti, ac circumscribi absolute dicatur. Confirmatur ex comprehensione corporis, ad quam apprehensio extrinseca quantitatis corpori comprehendendo non requiritur. Licet enim corporalis comprehensio terminos respectum intrinsecum corporis continere non debeat, quia palpabiles non sunt respectus eiusmodi, ut tactu & contiguitate teneri, apprehendique possint, sicut mente percipi, intelligique valent: ac proinde ad comprehensionem intellectualem percipi debeant, ac subinde eorum termini: ast extrinseca plura quanta, quæ tangi, & corporee apprehendi queant, atque aliquid extrinsecum corporis sunt, apprehendi deberent, ut ipsum comprehendatur: si quidquid rei comprehensione extrinsecum, & adhuc inconnexum est, apprehendi debeat, ut comprehendatur.

8. Nec recit, si dicas illorum extrinsecorum cognitionem rem comparatiue magis cognosci, cum Murciani Recentioribus: quid enim est magis cognosci comparatiue, seu per comparisonem ad alia: an quod illius sublimitas comparatione ad inferiora, vel inferioritas comparatione ad superiora magis cognoscatur, vel simile quidpiam? sed id comparatione ad ea etiam, quæ nihil illius sunt obtinebitur. Secundo ea rei per comparisonem ad alia cognitio maior in eius cognitione abstracta, & imperfecta per discursum locum habet: secus, cum res tota, quanta quanta est, in se clarè & intuituè videtur. Quare in ea cognitione per comparisonem non res ipsa clarè visa magis cognoscitur, sed alia, quæ extremum comparationis & similitudinis, vel dissimilitudinis est, nisi aliquid rei intrinsecum, quod extrinsecis illis ignotis cognosci non poterat, eis cognitum innotescat: hoc autem nequit ita innotescere, nisi intrinsecus rei illius conceptus extrinsecorum respectibus vere sit, atque illis necessariò, & essentialiter connexus, ut contendimus. Hæc ratio rationi alteri eorundem Recentiorum occurrat. Ait enim

compre

CERTAMEN II.

Vera comprehensionis stricta natura, & essentia cum Patribus, & Scholasticis ferè omnibus traditur.

comprehensionem debere adæquari cognoscibilitati obiecti, vt cert. 1. dicemus. Cum autem Deus licet connexus adhuc cum effectuum suorum possibilitate non sit (imo & cause omnes id in mea sententia habeant) cognoscibilis tamen per suos effectus, quia eorum causa, sit, cognitio, quæ Deum (& idem est de quacunque causa) non per effectus etiam cognoscatur, & in ordine ad extrinsecam, ipsius cognoscibilitatem adæquare non possit: quare neque illius comprehensio esse. Ceterum cognoscibilitas rei comprehendenda, quam æquare debet eius comprehensio, non est cognoscibilitas quæ ei extrinsecè à nostris cognitionibus, & potentiis cognoscitiuis (præsertim naturæ suæ virtuti, seu imbecillitati, & imperfectiōi relictis) mediisque, quibus ad rei cognitionem qualem qualem virtus obuenit, sed cognoscibilitas, seu veritas rei intrinsecæ, vt cert. 1. dicemus: alioqui ad comprehensionem rei, vt eius nobilissima cognitio essentia sua est, modi omnes imperfectissimi nostri rei cognoscendæ, atque imperfectissimæ etiam nostræ illius cognitiones aduocandæ forent: quas non cum comprehensione rei solum, sed & cum eius visione impossibiles esse ostendimus controuersenti de Scientia Dei. Sæc ergo est, vt eminentiori cognitione intuitiua res tota cognoscatur, vt comprehendatur: ea quippe cognitione tota eius cognoscibilitas, & veritas intrinsecæ representatione formaliter intentionaliter continetur: atque insuper tota cognitionum imperfectiorum rei eiusdem, ac proinde eius extrinsecæ cognoscibilitas emergenter habetur. Denique neque ex vi visionis obiecti comprehendendi videri debere, aut posse extrinsecos terminos, ad quos res comprehendenda entitate sua intuitu referatur, ostendimus fuscè citata controuers. de Scientia Dei, ne iustos questionis terminos præcens excedat. Præsertim cum ibi propriiori sedè ea de re disputandum videatur.

9. Hæc satis sunt contra eos, qui omnium tam intrinsecorum, quam extrinsecorum rei cognitionem siue absolute, siue ex vi visionis illius, ad eius comprehensionem, & necessarium, & sufficiens arbitrantur. Alij autem id etiam supponentes varia ad strictam comprehensionem requirunt. Nominales apud Vazq. eundem c. 3. tradendis quinque comprehensionis acceptionibus, quam difficultati de Dei incomprehensibilitate soluenda, atque naturæ comprehensionis explicanda: infundunt. Licet in tertia, & in quinta comprehensionis acceptione suam de comprehensionis essentia mentem videantur explicuisse: dicentes in tertia comprehensionem esse visionem optimam, quæ de obiecto haberi possit: in quinta verò comprehensionem in ea acceptione eandem proportionem cum aliis cognitionibus seruare debere, quam eius obiectum cum aliis seruat. Sed tamen proportio hæc imperitauerit ad comprehensionem aduocatur: cum inter non comprehensius cognitiones seruetur, vt pater. Secundo: quia intuitiua Angelica comprehensio lapidis perfectior est cognitione naturali abstractiua Dei: cum tamen obiectum sit longe perfectius. Tertia verò illa acceptio comprehensionis, licet Deum incomprehensibilem à creatura cunctat, etiam nunciam incomprehensibilem facit à creatura: cum nulla creata nunciam cognitio optima sit ex his, quibus cognosci potest: cum increata Scientia à Deo cognoscatur. Quiedo citandus, licet non approbet, aut ex Recentioribus nonnullis captam sententiam aliam proponendam nouitate duxit §. 2. n. 8. qui denique Recentiores ad comprehensionem obiecti requirunt, vt cognitio omnia obiecti eo modo, quo in obiecto sunt, siue formaliter, siue eminenter representet: ita vt, si obiectum possit habere & non habere aliquem actum absque vlla sui mutatione, ita & cognitio comprehensiuæ sine vlla sui mutatione representare illud, ac non representare queat, si non sit actus. Vnde constat cur Deus à se solo, ac non à creatura comprehendendi possit, aut creaturæ comprehendendi à creatura queant. Verum, vt dicebamus n. 3. & 4. falsum omnino est ad comprehensionem requiri cognitionem eorum, quæ obiecti nondum sunt, pro casu quo illius sint, vt hæc ratio Recentiorum supponit. Quare contra hunc modum eandem, quæ ibi dedimus, militat argumenta: Præterquam quod diuine libertatis cum eius immutabilitate mysteria ad alias planiores difficultates extricandas extendere, inuenire omnia est, atque diuina mysteria demittere.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I,

1. **V**era igitur comprehensionis definitio eis verbis, *qua nihil rei latet videntem, & qua rei fines circumspiciuntur*, bene intellectis continetur, vt nimirum nihil cognoscibilitatis intrinsecæ rei ea cognitione, & visione rei lateat cognoscentem: quæ definitio re ipsa in eam recidit, quæ clariss, ac sine vlla vocum amphibologia maior longe theologorum pars comprehensionem definitur his verbis. *Cognitio, seu visio rei in quantum cognoscibilis est*. Ita eam definiunt Bonau. in 3. d. 14. art. 1. q. 3. ad 3. Scotus ibi q. 1. & 2. in 4. dist. 49. q. 3. art. 1. & in reportatis q. 2. 10. art. 1. ad 1. multisque locis S. Thom. præcipue 1. p. q. 12. art. 7. corp. & ad 2. q. 14. art. 3. contra Gentes cap. 55. q. 8. de verit. art. 2. & in 3. d. 14. q. 1. Scotus omnes ad Scoti locum, item Nominales, Okam eorum principes in 1. d. 3. q. 7. & in 4. q. 13. Gabr. in 3. q. vnt. & in 1. d. 3. Greg. in 1. d. 44. Maior in 3. d. 14. art. 1. q. 3. & 15. Ricard. ibi q. 4. Duran. q. 1. ad 3. Carthus. d. 49. q. 4. Bannes ad citatum q. 4. 7. 1. p. Caiet. art. 8. & Thomistæ Dominici reliqui. Atque in hunc sensum explicandus venit Franciscus Victoria relatus à Vazq. cap. 1. dum ait: ad comprehensionem requiri, vt obiectum secundum totam intentionem cognoscatur. Neque enim doctissimus, atque acutissimus vir (qui id saltem, omnium animis suorum nempe scriptorum desiderium, eudit) de intentione qualitatibus propria loquitur (sine qua, & Deum à se, & creatura, tum ab ipso, tum à creatura comprehendendi posse videbat) sed de intentione perfectionis, & cognoscibilitatis. Ei vero definitioni ex nostris annuunt Valent. 1. p. q. 12. pun. 6. Molina ibi, art. 7. fine, & art. 8. Soar. tit. 1. q. 3. q. 10. d. 26. sect. 1. & 2. & 2. de attribut. c. 5. & d. 29. Salas 1. 2. tract. 2. d. 4. sect. 6. Arrubal. 1. p. d. 23. c. 4. Herize d. 4. c. 4. Monceus d. 2. c. 7. Tanner. d. 2. q. 6. dub. 4. Ruiz. de Montoya tit. de Scientia d. 6. sect. 2. & sequentibus. VVadingo d. 6. de Incarnat. dub. 3. §. 2. fine, & §. 3. ac fin. quarti. Oviedo controuers. 7. de anima pun. 5. §. 1. n. 4. Bern. d. 33. de Incarnat. sect. 1. n. 7. & d. 34. sect. 1. n. 5. licet aliam comprehensionis definitionem ex Augustino petitam in sensu à nobis impugnato admittat etiam n. 7. sicut, & ex citatis plerique.

2. Hanc item comprehensionis strictæ definitionem, etiam non comprehensionis, vt plurimum, vocant nobis Patres ferè omnes tradidere. Augustinus t. 3. de Trinitate. *Plenam verò, inquit, diuinitatis naturam, nec Angelus quilibet, nec sanctus aliquis perfectè videre poterit* (nota illud: *Plenam, & perfectè*) *ideo incomprehensibilis dicitur Deus*. Item de cognition. veræ vitæ cap. 3. sic, quod Angelis, qui semper vident faciem Dei, inuisibilis dicatur Deus, conciliat: *quia nulli creatura ad plenum intelligibilis, nempe animæ Beatorum, & Angeli suo more, non nostro, eam vident &c. Sed quia non pleniter ab ipsis, sicut à se ipso, conspiciuntur. Ideo solus inuisibilis dicitur*. Et epist. illa 112. cap. 6. *Propterea Deum nemo vidit unquam: quia si eum ait disputator Noster Ambrosius, plenitudinem diuinitatis eius nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit*. Et soliloquio 31. *Sibi sibi integrè notam esse Trinitatem totam, aiebat August. & 4. de Genesi ad lit. c. 6. Deum non ita nobis, & Angelis notum esse, ait, sicut ipse sibi*. Iterum Gregor. loco citando. *In retributionis culmine reperiri omnipotens per contemplatipis speciem potest. Sed tamen ad perfectum non potest: quia est hunc in claritate sua quandoque conspiciamus, non tamen eius essentiam plenè conuenimus*. Chrysost. hom. 4. de incompreh. Dei natura, & hom. 1. & 3. in epist. ad Corinth. ait: *Deum à creatura non ita sicut à se cognosci posse, ac proinde neque ab ea comprehendendi, quia nequit ab ea exquisita cognoscere, seu comprehensione cognosci*. Concluditque. *Restat ut à Filio, & Spiritu Sancto dumtaxat exquisitè illum cognosci differamus*. Fulg. q. 3. ad Ferr. de Christi anima ait: *non ideo Deitatem, quantum id est, secundum totum, quod ipsa se nouit, non autem sicut ipsa se nouit: quia Deitas sic se nouit*.

N

nouit, ut hoc se inueniat esse, quod nouit: non ita Christi anima. Sine qua identitate inter cognoscentem & cognitum Deum æqualitas cognitionis qua talis cum obiecti intrinseca cognoscibilitas esse minime potest. Greg. Magn. 10. Moral. c. 7. alias 11. *Excelsior, inquit, calo est: quia ipse quoque electi spiritus visionem tanta celsitudine perfectè non penetrant. Et rursus: Habet Deus sublimitatem: quia ipsorum quoque intelligentiam, qui recepti in supernam fuerint congregationem transcendit.* Idem Greg. lib. 18. Moral. cap. 27. & 28. alias 37. vel 40. *Nec tamen videmus sicut videt ipse se ipsum. Longè quippe distanter videt creator se quam videt creatura creatorem. Nam quantum ad immensitatem Dei, quidam nobis modus figitur contemplationis: quia eo ipso pondere circumscribimur, quo creatura sumus. Ac rursus. Profecò non ita concipimus Deum, sicut ipse conspicit se: sicut non ita requiescimus in Deo sicut ipse requiescit in se. Nam visio nostra, vel requies, utcumque erit similitudo visioni, vel requiei illius, sed æqualis non erit.*

3. Succedat Hieronymus ad id: *Nemo nouit Filium, nisi Pater &c.* his verbis. *Erubescas Eunomius tantam sibi notitiam Patris, & Filij, quantum alterutrum inter se habeant iactans. Quod si inde contendit in suam insaniam consolari, quia sequitur: & cui voluerit Filius reuelare: aliud est nature æqualitate nosse quod nouerunt aliud reuelantis dignatione, ut inde non tantum nosse Deum, quantum Deus se nouit Eunomius videat: quia non ex nature æqualitate cognosceret. Huc aduocandum etiam est illud Ambrosij in 1. Luca ad id Ioann. 1. Deum nemo vidit: unquam, dicens: quia eam qua in Christo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conspexit: nemo mente, aut oculis comprehendit. Potius hæreo in voce plenitudinem, quam in verbo comprehendit: Luculentius Isidorus 1. Sentent. cap. 3. ad id Exodi 41. Faciem meam videre non poteris: ita scribit. Quamuis ad paritatem Angelicam humanam, etiam post resurrectionem natura perferatur, & ad contemplandum Deum indefessa, videre tamen eius essentiam plenè non proualeat: quia nec ipsa perfectio Angelica in toto, vel integrè attingit scire. Sola enim sibi integrè nota est Trinitas. & humanitati suscepta (id est homini) quæ tertia est in Trinitate Persona. Atque illud etiam Cyrilli Hierosol. Cateches. 6. recitandum hic est. *Vident sanè (Angeli faciem Patris) sed non ita, ut est: sed, ut est & ipsi capiunt: vident Angelis, sed ita, ut capiunt. Vident Archangelis, ut possunt. Vident Throni, & Dominationes sed minus tamen quam pro rei dignitate. Solus autem Spiritus videt, & Filius Dei unigenitus. Pro rei dignitate vimirum, siue, ut oportet, quemadmodum ipse ibidem ait his verbis. Solus autem Spiritus Sanctus, ita, ut oportet, videt. Ille enim scrutatur omnia etiam profunda Dei: & unigenitus Dei Filius, ita, ut oportet etiam cognoscit.* Hilar. 12. de Trinit. col. penult. *Nulla te nec rei tua, penetrat: nec profundum immensa maiestatis tus peregrina, atque aliena virtutis causa meretur Bernard. 5. de considerat. ante med. & Laurent. Iustinian. de callo connub. Dei, & anime cap. 28. Deum à creatura comprehendi posse negant, quia huius visio creata necessarii futura est, ac non increata sicut diuina. Quod aliis verbis nostram continet sententiam, concordant horum Patrum rationi. Hilar. 2. de Trinit. sub init. Prosper. sentent. 61. & epigram. 60. Iulii African. de partib. diuine legis cap. 14. Hugo Victor. 1. de Sacramento. p. 3. cap. 1. Ricard. Victorin. 2. de Trinit. p. 1. cap. 20. ac tandem ne plura minori opere pretio, quam labore, congeramus, alia ad hanc nostram sententiam testimonia videt, qui vult apud Soar. Vazq. Ruiz. Tanner. Fasol. & alios Scholasticos locis citatis.**

4. Sed & à ratione facilis probatu conclusio est, ut videtur est apud Soar. locis citatis, præsertim 3. p. d. 26. sect. 1. ubi fuisse rationes à S. Thom. tactas persequitur, & illustrat. Primo enim, cum comprehensio intellectualis adequari obiecto debeat, non quantitate, sicut corporea, sed eius ad instar, intentionaliter, seu intelligibiliter: & nequeat ita adequari, nisi omnem eius intelligibilitatem representatione sua intentionaliter quasi exhaustiat: necessarii tanta debet esse in ratione representandi, quantum obiectum fuerit in ratione intelligibilis. Secundo probatur, quia cum veritas intrinseca rebus sit, & passio metaphysica entis, non minus, quam earum bonitas, assignatur, quæ maiori, vel minori amore de se digne res sunt: ita

etiam ad eius perfectionis mensuram intrinseca veritas, seu cognoscibilitas intrinseca assignanda est, pro qua alias aliis perfectioni, vel imperfectiori cognitione de se se dignè sunt, ut eleganter tenigit Cyrill. Hierosol. recitatus, 3. post med. Inde communiter obiectum spirituale corporea potentia percipi non posse dicitur: quia intrinseca cognoscibilitas, & veritas illius omnem cum corporea imperfecta cognitione proportionem intentionalem, præ sui perfectione ab intrinseco detrahet. Tertio probatur: quia per omnes, ut bene Soar. d. illa 26. comprehensio debet esse clara, & euidens, ita, ut non sufficiat nihil obiecti cognoscentem abstractive, & obscure latere: ergo ad rationem comprehensionis non sufficit totum obiectum, utcumque representare, sed opus præterea est, ut in modo representandi illud totum perfectionem habeat, ipsius nimirum cognoscibilitati intrinseca, & ut in se est, proportionatam. Confirmatur hæc ratio: quia, cum ad rationem comprehensionis opus non sit, ut vna simplici cognitione habeatur: sed satis sit pluribus haberi, inferretur Deum abstractivis cognitionibus posse à nobis in hac vita comprehendi, nisi aliud requireretur, quam omnia obiecti percipi, utcumque, ac non cum proportionem debita intentionali cognitionis, & obiecti: quanto demum apertius inferretur Deum Beatissimum comprehensibilem absolute esse: cum omnium tam intrinsecorum, quam extrinsecorum Dei ea ratione, quæ ad Dei comprehensionem in aduersariorum sententia fit satis (ut certè ostendebamus) possint Beati visionem habere.

5. Reliquum est sententiam nostram à nonnullis objectionibus liberare, ut sumior adhuc subsistat: & primo explicatur, & confirmatur. Quia in rebus, quasi intelligibilibus duplex quantitas, & mensurabilitas cogitari debet, sicut in rebus corporeis, altera quasi extensionis, si partibus coniter, altera quasi intentionis, quæ perfectionis, seu virtutis appellatur atque utrique quantitati adequari debet cognitio, ut obiecti cognoscibilitati, & intelligibilitati adequetur, ut opus ad comprehensionem proficiat. Sicut uti qualitas absolute comprehendatur, opus est, ut non solum tota eius extensio, sed & intensio percipiatur: nec video, quare, quasi extensiuæ rei quantitas necessario ad eius comprehensionem percipiendam tota sit, non autem, quasi intensiuæ percipi debeat. Dices non posse esse visionem, seu cognitionem, quæ representatione æquet rei intrinsecam veritatem, & cognoscibilitatem, quin ad omnia extrinseca rei, quæ eminenter in ipsa continentur extendatur: ergo perperam id ad comprehensionem non requiri asserimus certè. Antecedens probatur: quia per ea omnia res cognoscibilis absolute est: ergo dum non per ea etiam cognoscitur, non cognoscitur omni, seu tota sui cognoscibilitate. Secundo: admisso respectu reali causæ vniuersim ad suos effectus, probatur: quia implicat respectum videri sine termino, & rem videri sine respectu totam. Respondetur tamen negando absolute antecedens. Probatio illius prima solum probat de extrinseca rei cognoscibilitate, non in se, sed in medio, cui comprehensio æquari non debet: alioqui, cum ea cognoscibilitas rei in alio, seu per aliud abstractiuè sit, ad rei comprehensionem eius abstractiuè cognitio, nec vna, sed plures etiam necessarier forent: quod nemo concedet. Item, si veritati, seu cognoscibilitati extrinseca rei omni comprehensio aquanda sit cognoscibilitati extrinseca rei ab omnipotentia, & cognitione possibili æquari deberet comprehensio: quare nihil à creatura, imo, & à Deo comprehensibile esset, cum nulla potentia possit representare rem omnium cognitionibus, imo neque alterius potentia cognitione. Secunda probatio, admisso eo respectu causam, probat quidem, ut summum, non posse videri causam effectui ignoto secundum cum statum, quo ipsius terminat respectum: id tamè, cum ratione visionis rei sit, non probat comprehensionem, ut à visione diuersè proprium esse, quod solum contēdimus.

6. Secundo rogo: an id visioni, & comprehensioni, quæ visionem includit, quatenus realiter respectiuè, termini res comprehendendo medium est ad cognoscendum terminum videntem determinans competat: & sic non est rei cognoscibilitas intrinseca, sed cognoscibilitas termini extrinseca solum, non autem intrinseca, nec respectu rei, nec termini ipsiusan vero contra: quia terminus est mediis determinans ad cognoscendum rei comprehendenda realem respectum ad ipsum: & sic est extrinseca solum rei cognoscibi-

gnoscibilis, sicuti & extrinsecus ei est terminus, per quem eius respectus cognoscitur. Etiam cognitio rei per ipsum abstractiua rei cognitio erit ab eius proinde comprehensione releganda: vel tandem, an ideo cognosci terminus debeat, quia respectus relatio sine extremis cognosci nequeat, quia sunt simul natura, & cognitione, ut verius Aristoteles aiebat: sic autem nec res, nec terminus ex alterius visione, vel in altero videtur: sed necessario uterque simul videbitur. Solumque inferitur visiones, seu cognitiones utriusque non esse separabiles; non autem ex maiori penetratione rei, & adæquatione cum eius intrinseca cognoscibilitate terminos cuiusmodi extrinsecos esse cognoscendos. Sed dato toto nihil contra nostram illam doctrinam probat argumentum. Solum enim negamus sufficere ad comprehensionem rei totius, atque omnium, quæ ipsius sunt cognitionem satis ad comprehensionem non esse, cum aliunde, quam ex adæquatione cognitionis in representando, cum tota obiecti cognoscibilitate intrinseca haberi possit, licet ex hac adæquatione id haberi admittamus: quod abutimus: quia in causis realem ad effectus suos adhuc possibiles, respectum negamus.

7. Oppones secundo cum Vazq. comprehensionem corpoream, & quantitativam, (cuius ad instar intellectualis cogitanda necessario, merendaque est) solum dicere, quod unum corpus totum intra aliud, siue nobiliss, siue ignobiliss continetur: ergo intellectualis comprehensionis solum erit, quod totum obiectum, cuiusque omnia illius representationes ambiantur, siue ea representatione tota cognoscibilis obiecti æquatur, siue non. Negatur facile consequentia: quia in re intellectualiter comprehensibili duplex, quasi quantitas est, alia quasi extensiva; alia quasi intensiva, ut diximus: ac proinde duplex in ea contenta, siue adæquatio cum duplici hac quantitate requiritur: ut ostendimus exemplo intellectualis comprehensionis qualitatis extensivæ, & intensivæ: quia, sicut in corpore quantitas comprehensionis nihil quantitatis extensivæ, ad quam solum esse potest, extra illam relinquendum est: ita ad intellectualem, nihil etiam, quasi intensivæ quantitatis, circa quam etiam verari potest relinquendum est: ut sit comprehensio: quin, si sola representatione quantitatis quasi extensivæ rerum eius comprehensio esse possit, simplex apprehensio abstractiva dubique de re quæpiam, cuiusque omnibus comprehensionis contra omnium assentionem diceretur: imo & Deus de facto naturæ virtus à nobis comprehenderetur: cum possumus & Deum, & reliqua omnia coniunctim, & confuse vniuersali cognitione concipere, & representare. Quod autem ea omnia, ac Deum distincte per illam non represententur non obest comprehensioni, si adeo stricte intellectualis comprehensio corporeæ conditionibus metienda, alligandaque sit. Nam, licet hæc, cum plura coniunctim comprehendit, singula distincte non ambiat, sed confuse solum, & coarctatim eorum nihilominus comprehensio est: ut patet cum triticum pugillo continemus.

8. Obicitur tertio, Nullus creaturæ cognitio æquare potest cognoscibilitatem totam, quantumvis intimi obiecti, non solum naturaliter, sed supernaturaliter adhuc: ergo, si tota rei cognoscibilitas æquanda cognitione, eiusque representatione sit, ut eadæ comprehensionis, nulla creaturæ, quantumvis infima, adhuc supernaturaliter, ne dum naturaliter, ut omnes supponunt, poterit ab alia creaturæ, etiam suprema comprehendere: antecedens patet: quia infima etiam creaturæ cognoscibilis est ab omnibus creaturis intellectualibus, atque à Deo: omnium autem cognitionibus, præcipue Dei, nequit formaliter, aut æqualiter creaturæ illa, etiam suprema, adhuc diuinitus, eam representare: quare neque eius cognoscibilitati omni æquare, eamque sua representatione exhaustire, & continere, ut patet. Respondetur facile ex dictis n. 5. de cognoscibilitate rerum intrinsecæ, & extrinsecæ à potentis cognoscituius eius, earumque possibilibus cognitionibus extrinsecis desumpta. Huc æquare non debet, nec potest comprehensiva cognitio, ut probat obiectio: secus intrinsecæ rei cognoscibilitati, qua de se res proportionatè ad suam perfectionem petit nobiliori, vel ignobiliiori cognitionis representatione percipi, iuxta dicta in nostræ sententiæ probatione. Ac tandem, ut plura sophistmata, contra nostram doctrinam quiescant: ne excidat memoria nos in comprehensivæ cognitione non requirere adæquationem

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

cum obiecto, eiusque veritate, & cognoscibilitate entitativam, sed intentionalem, & in representando, quæ optime in cognitione inferioris nota, quam obiectum, quoad entitatem reperiri poterit, ac sapienter reperitur.

CERTAMEN III.

Dei incomprehensibilitas omnimoda ab intellectu creato statuitur. Vbi de eius certitudine.

1. Pronum cuique ex dictis cert. 2. erit ratione Theologica Dei incomprehensibilitatem absolutam, & omnimodam ab illo intellectu creato, creabileque in hunc modum ostendere. Comprehensio rei debet æquare in representando, non solum quidquid in obiecto, seu obiecti est, quasi extensivæ, seu clarius prædicatis obiecti, siue physice, siue metaphysice ipsum constituentibus, sed eius etiam intrinsecæ cognoscibilitati, & veritati: atqui nullà cognitio creata, & possibilibus adhuc, æquare potest in representando intrinsecam Dei veritatem, & cognoscibilitatem: ergo nulla creata cognitio possibilibus potest esse Dei comprehensio: ac proinde Deus absolute, & omnimode ab intellectu creato, & creabili incomprehensibilis est. Maior probata est cert. 2. consequentia est legitima. Minor probatur ex dictis eodem cert. Quia, cum veritas, & cognoscibilitas intrinsecæ rerum entis rationem metaphysice consequatur, eo gradu, quo entis perfectio augebitur, veritatis, & cognoscibilitatis intrinsecæ dignitas, & perfectio accrescet, atque eo perfectiorem in representando cognitionem requirit: maxime, ut adamussum eius veritas, & intrinseca cognoscibilitas per illam æquatur. Quod adeo verum est: ut ob rerum spiritualium entitativam perfectionem, ac subinde veritatis, & cognoscibilitatis intrinsecæ earum dignitatem, corporei sensus illam non æquare modo, sed illo modo attingere ex communis Philosophorum, & Theologorum sensu minime possint. Denique discursum totum Patrum recitatorum cert. 2. n. 2. & 3. auctoritas irrefragabiliter confirmat: præsertim Augustini quæstioncula illa de Trinitate, ubi ideo Deum à creatura incomprehensibilem esse, dicitur ait, quia non perfecte, nec plena notitia Deum, etiam dum Deum videt, contuetur, & loco recitato ex c. 9. epist. 112. & de cognit. veræ vitæ c. 3. inuisibilem, pro eo, quod est incomprehensibilem esse ob eandem rationem aiebat. Reliqui vero Patres inuisibilitatem pro incomprehensibilitate Dei eadem ratione probant.

2. Quæ vero certitudine Deus incomprehensibilis absolute, & omnimode ab intellectu creato habendus sit, his inter scholasticos est maior. Contententibus ex vna parte Nazquezio citata d. 52. de fide non esse; ex alia vero Soario d. illa 26. esse de fide, atque vnoquoque plures in suas partes trahente. Longissimum esset recitare testimonia, quibus esse de fide contenditur. Et quidem, quæ ex scriptura afferri possunt, vel Soarius ipse e re non esse fatetur sect. 2. ab initio. Quæ vero ex Patribus, si cito interpretandi acuminem ita ex contextu, & intento Patrum enervarunt Vazquez citatus, & VVadingo d. 6. de Incarnatione. dub. 3. §. 1. ut non nullum roboris in eis maneat. Quod enim Augustinus serm. 38. de verb. Dom. ait. *Quis ergo oculis cordis comprehendit Deum? sufficit, ut attingat: si purus est oculus. Si autem attingit tactu quodam attingit incorporeo, & spirituali, non tamen comprehendit: & hoc si purus est. Et homo sit beatus contingendo corde illud: quod semper beatum manet, & est beatitudo perpetua.* Hic locus Augustini videtur pro hac re cumprimis vrgens. Sed tamen, si contextus legatur, inuenitur loqui eum de cognitione nostra Dei in via, & per species alienas habita: qua Deus attingitur, seu leuiter tangitur, quod de visione beata dici nequit: probaturque ea non comprehendit Deum à minori ad maius negatiue: quia nec oculus per species proprias obiectorum, suarumque facultati connumeratiles ea comprehendit: multo igitur minus intellectus per species alienas comprehendet Deum, imo comprehensionem

N 2 pro

pro visione Dei in se usurpat. Nam ait infra: *dolere nos debere, quod non comprehendamus, & impedimenta comprehensionis Dei amovere.*

3. Video aliorum etiam Patrum testimonia adduci: Epiphani, lib. 3. heret. 70. *Deus insinuat modis, & aliis amplius incomprehensibilis est.* Ac infra. *Omnia que ab ipso facta sunt infra ipsius gloriam sunt; sola autem Trinitas incomprehensibilis est.* Sed, licet incomprehensibilitas solius Dei propria, ac non communis illi cum entibus supernaturalibus stricta incomprehensibilitas, ut ab inuisibilitate distinguitur propria Dei sit, alii loqui eum de incomprehensibilitate à nostro intellectu; id est penetratione mysterij illius per discursum, & acumen ingenij, etiam eius fide supposita (quod alia supernaturalia non habent) expedita, & facilis solutio erit. Item dicitur Dei stricta incomprehensibilitas definita à Concilio Lateranensi, ut habetur cap. *Firmiter*, de summa Trinit. his verbis: *credimus, & confitemur unum esse Deum, infinitum, incommutabilem, & incomprehensibilem.* Vbi cum eodem modo incomprehensibilis, atque immutabilis definitur, sitque absolute immutabilis, etiam incomprehensibilis absolute definitur; sed redarguit acute Vazq. tum, quia eodem etiam modo ineffabilis definitur: cum tamen viribus naturæ solum ineffabilis, proprio, & quidditativo physico nomine, licet nomine proprio metaphysico discursibus nostris, & cognitionibus abstractius Dei partio, effabilis sit, ut ipse docet d. 57. c. 2. Tum etiam quia immutabilitas definitur in Deo etiam respectu sui; cum tamen incomprehensibilitas, respectu sui etiam, definitur nequeat: cum ex fide Deus se comprehendat. Falsolus d. 1. n. 3. definitam Dei strictam incomprehensibilitatem ab eodem Concilio putat, relato cap. *damnamus*, eod. tit. verbis hisce: *Credimus, & confitemur, cum Petro Lombardo (vique sententiarum Magistro) quod una quidam res est incomprehensibilis quidem, & ineffabilis Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.* At Magister de comprehensione, & de incomprehensibilitate theologica, & stricta scholasticè egit: ergo stricta scholastica incomprehensibilitas definita à Concilio fuit. Sic etiam hoc capite, & verbis conuinci iudicat Quiros d. 30. sect. 1. n. 12.

4. Et quidem acuta fuit observatio. Sed oportere eos, & Concilij intentum lectione, & meditatione examinare: atque insuper libros sententiarum euoluere, ut auide quærent, & inuenirent Petri Lombardi de Dei incomprehensibilitate sententiam, quam nobis citata distinctione referrent, ut, & ipsi, & nos merito conuinceremur nobisque, qui difficilius credimus, eam Magistri sententiam querendi casum laborem eximerent: euolui Magistri librum, & loca, ubi aliquid de Dei incomprehensibilitate ab intellectu creato agere posset, nihilque de Dei incomprehensibilitate stricta, & Theologica, siue ex instituto, siue ex nata occasione docuisse inveni, id solum in 3. d. 14. ait, animæ Christi scientiam ad omnia extendi, atque diuinam: ac proinde omnia scire, quæ Deus scit, non autem ea scire, sicut scit Deus. in 1. vero lib. d. 1. ubi de modis, quibus Deus eiusque Trinitas cognoscitur nihil de Dei comprehensione, siue incomprehensibilitate agit, in 4. d. 49. ubi de differentia mansionum in celo, solum ait: inæquali perfectione, & claritate Deum à Beatis videndi. de comprehensione autem, vel incomprehensibilitate nihil. Quare pro Dei incomprehensibilitate stricta Petrus Lombardus in ea capitis *damnamus* definitione citari non potuit. Imò neque de ea in eo sensu tum ibi, tum in Concilio Lateranensi actum est: cum de ea nullus error tunc existeret, neque erit illis. Solum ergo citatur ibi Petrus Lombardus pro unitate omnimoda personarum, ac personarum diuinarum cum essentia, quæ ibi eo Concilij capite definitur, contra eius impugnatores, qui tempore Petri Lombardi quibusdam distinctionibus inter hæc excogitatis eam impugnabant.

5. Incomprehensibilis autem dicitur ibi, non ex sensu Petri, & stricta, de qua nunc incomprehensibilitate, sed vel discursu nostro per cognitiones abstractas, & species alienas, habito: quo pacto Trinitas personarum inæquibilibis, imò, ne cogitabilis quidem seclusa reuelatione, est: vel pro inuisibilitate prout antea negata fuerat ab Anomæis, Begardis, & Beguinis: nempe viribus naturæ pro hoc statu. Sicut legitime interpretandi sunt Irenæus


lib. 4. c. 36. Deum incomprehensibilem dicens; subdit enim cap. 37. *Incapabilis, visibilis se. & capabilem hominibus præstat: per sui nimirum visionem.* Et Damascenus 1. de fide c. 1. & 4. Licet Seraphim oculis Deum incomprehensibilem dicat, subdit tamen, *ui cui voluerit reuelare*: vnde incomprehensibilitatem pro inuisibilitate usurpat aperte; alioqui de potentia, & voluntate absolute Dei à creaturis comprehensibilem strictè contra obiectantes docet. Denique eodem sensu loquutus est Nazianzenus orat. 1. pag. 119. & orat. 36. 4. de theologia n. 66. ubi & Elias Cretensis orat. 34. 2. de theologia n. 9. ubi licet dubitet: an Angeli (& idem est de reliquis videntibus Deum) Deum comprehendant; nihilque eo numero definitur: ait n. 19. de Angelis, Deum comprehendere affirmat: atque hominibus Dei comprehensionem, ideo inter alia, datam negat, ut in laboris vitæ huius præmium seruaretur. Quare comprehensionem pro Dei visione manifeste usurpat, non strictè, & theologice, ut post hæc ab scholasticis fuit usurpata. Explicandus item venit Anselmus c. 35. Monolog. dum impossibile reputans Dei scientiam à creatura comprehendendi: ut viribus naturæ solum modo loquatur.

6. Sed verò, licet ita hæc habeant, ac proinde Dei incomprehensibilitas strictè definienda non sit; alii qui eam negarēt, plurius temerarius esset. Neque enim solis scholasticis cunctis, nemine dempro nullo auctoritatis, aut rationis fundamento sese opponeret (quod plus satis temeritatis esset) verum communi Patrum, quorundam quidem grauissimorum expressio, aliorum vero virtutis, & implicito sensui, sententiaque aduerfaretur. Expresse enim Augustinus recitatur certam. 2. n. 2. quæstioncula illa 13. de Trinit. quia, & Angeli, & Beati reliqui *plenam naturam Dei perfecte videre non possunt: ideo incomprehensibilem dici*, atque esse docet. Pro qua etiam sententia, & ratione idem Augustinus epist. illa 112. c. 9. Ambrosium recitat, vii non eodem numero recitabamus. Idem ipsum dicebat Ambrosius à nobis recitatus ibidem n. 3. ex libro eius 1. in Lucam, Anselmus in Euangelium de transfiguratione. Math. 17. *Maiestatis sue altitudinem scientia nulla comprehendit.* Ne autem de scientia per discursum, & demonstrationem habita explicari posset, subdit statim scholasticè satis. *Latet in quadam obscuritate incomprehensibilitatis sua, nec cognosci potest à creatura, nisi in quantum vult reuelare.* Vbi quia cognitionis quantitatem à Dei voluntate necessario taxandam, & finitatem ait, Deum incomprehensibilem prædicat. Clarius adhuc in id. 1. ad Timoth. 1. *immortalis, & inuisibilis*, inuisibilem Deum esse ait: quia, licet à Beatis videri possit, secus comprehendendi.

7. Primæ eius rationi consonant Bernardus, & Laurentius Iustinianus citati à nobis cert. 2. n. 3. asserentes Deum à creatura comprehendendi non posse, quia creatura cognitio creata, & finita necessario finita est. Denique Gerystosomus quinque illis hominibus contra Anomæos, licet incomprehensibilitatem Dei sepe pro Dei inuisibilitate viribus naturæ usurpet, tamen, & pro incomprehensibilitate stricta contra eodem usurpasse dubium mihi non est; cum non solum Deum à se videri, essentent illi, sed & comprehendendi: tantumque ab ipsis quantum à se cognosce Deum, ut de eis aiebat Hieronymus à nobis recitatus cert. 2. n. 3. quamquam, quia non ita omnes sine controuersia putant, & quia viribus naturæ Anomæi loquebantur, Concilia quæ contra illos definiunt Dei incomprehensibilitatem non definiunt. Beda tamen in illud S. Ioann. 3. *Videbimus eum sicuti est.* expresse pro stricta Dei incomprehensibilitate stetit, sic effatus. *Promittitur nobis videre Deum. Nam comprehendere concedi non potest.* Denique Concilium Basileense sess. 22. damnat Augustinum de Roma asserentem, animam Christi comprehendere Deum. Quod si à creato intellectu absolute comprehendere Deum posset, non dammandus, sed laudandus potius foret. Licet autem eiusmodi Concilium definitionem nobis non faciat: alii, cum tot constitit Patribus magnam valde Dei incomprehensibilitati absolute, & strictæ, de qua loquimur, fidem facit: atque communem totius Ecclesiæ expressam sententiam ea in re fuisse satis ostendit.

8. Idem, licet non incomprehensibilitatis voce, docuerit Patres, qui diuinitatem Spiritus sancti contra Arium

rium et illo 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei, ita arguit pro Spiritu Sancti diuinitate Athanasius in Concilio Nilen. d. contra Arium sub finem; ubi scrutari idem, atque comprehendere significare vult: si- cuti, & Iacius clarus lib. contra Varimandum, Basiliius contra Eunomium, S. Thom. in eum locum. Vbi idem si- gnificari, & probari ait ex Sap. 7. Vbi omnia proficere Spiritus sanctus dicitur. Et primo quidem scrutati profun- da Dei tantummodo valere, atque penetrare, & compre- hendere certum est vocum proprietate est. Quod autem de comprehensione, & penetratione, seu scrutatione abso- lute dicta, ac sine addito ex propriis viribus loquantur est comperit. Cum enim comprehensio Dei ex propriis vi- ribus (quomodo creatura explorato impossibilis est) apertius Spiritus sancti diuinitate contra Arianos euince- ret, addere illud ex propriis viribus non omitterent, vt eius diuinitatem clarius ex eo loco monstrarent, si alie- nis etiam viribus, ac proinde omnino, & absolute à creato intellectu Deum comprehensibilem censerent. Huc etiam spectat illud Ambrosij recitatum à nobis cert. 2. n. 2. sub finem. Nam quantum ad immensitatem Dei (quoad eius intelligibilitatem) quidam nobis modus (terminus) signatur contemplationis: quia eo ipso pondere circumscribimur, (ne ipsum contemplatione ambire possimus) quo creatu- ra sumus. Tertio idem implicite docuerunt Patres omnes à nobis recitati cert. 2. n. 2. & 3. aliter nullam crea- turam visionem quantumvis perfectam esse Dei plenam no- tionem, Deum integrè, plenitè, seu plenè perfectè, inte- grè, totalitè pro rei dignitate, aut, sicut ipse se nouit, re- presentare. Denique pro stricta hac Dei incomprehen- sibilitate stant Patres omnes, qui teste Valq. i. p. d. 37. c. 2. variis locis inuisibilem absolute Deum negant. Cum enim illum à Beatis videri certum ex scriptura sit, contra aperta à Deo Scripturæ testimonia negare non possent inuisibi- lem, nisi incomprehensibilem intelligerent.



QVÆSTIO V.

De ineffabilitate Dei.

EX attributis Dei negatiuis nomine, quæ creaturam cognitionem concernunt, postremum eius ineffa- bilitas est, ac proinde eius examinandæ propo- sitio hæc fides.

CERTAMEN I.

Hæc de re Patrum, Scholasticorumque sententia.

Est autem propriè aliquid idem est, atque illud nomi- nibus alijs, vel alijs significare: id quod, & intel- lectionem loquentis, ac effantis de re, quam loquitur, sup- ponit, & capacitatem eam percipiendi, in eo, ad quem sermo, aut nomen dirigitur. Etenim nemo id, seu de eo, quod nusquam nouit, effari potest, cive nomen impone- re, vt alteri illud nomine, aut oratione significet: ne- que de illo cum eo, qui percipere nequit (ni amentia ver- teret) sermonem habere, illudque ei nomine intimare. Cum autem Deus tum ob summam ipsius excellentiam, tum ob ipsius excellentissimam ac creatis spiritibus supereminen- tem spiritualitatem, sensu corporeo percipi, adhuc abstra- ctius, nequeas, sit hæc in eo, ad quem nomina Dei diri- gi locutione de eo possunt mens, ratio, atque intellectiua potentia necessariò supponatur. Atque hæc quidem apud omnes certa, atque ex ipsis terminis nota.

2. Illud vero non aequè aptum omnes est constans: vnde scilicet desumenda, taxandaque sit impositionis, & signi- ficationis nominum magnitudo? ex qua incertitudine, atque inde orta opinionum varietate circa præsentem questionem sententiarum diuersitas nata est. Quidam enim

aiunt eam totam pensandam esse ex perfectione cogniti- nis in eo, qui nomen imponit; commotando tamen capa- citatem eius, ad quem sermo, aut voces dirigitur ad per- cipiendum ea, quæ nos concepimus eisque significare vo- lumus: quandoquidem inter nomen imponentem, eoque videntem, nomina signa quedam, & Symbola sunt. Ita Anestiodor. i. summ. cap. 3. Henricus art. 73. summ. qu. 9. S. Thom. i. contra gentes cap. 31. & 1. par. qu. 13. art. 1. Alex. 1. par. qu. 48. n. 1. Albert. in 1. d. 22. qu. 1. n. 5. S. Bonavent. art. 1. qu. 1. ubi etiam Ricard. corp. & ad 3. & Thom. de Argentina, Capreol. & Ballolis art. 2. conclus. 3. & 4. & Marfil. qu. 25. art. 2. Caiet. 1. p. qu. 13. art. 1. Ferrar. 1. con- tra gent. cap. 31. Nolter vero Vasquez d. 57. c. 2. à n. 8. & cap. 3. c. contra docet nomen significationem non ex perfectione cognitionis eius, qui loquitur, eoque alteri significat; sed eius, cui eis nominibus significatur esse pensandam. Vnde si is, cui aliquis loquitur, aliunde rem melius nouit, quam loquens ipsi, nomina perfectius si- gnificabunt: id quod exemplis multis ostendit, & ratione, quia nimirum loquens non sibi nomine significat, sed ei, cui loquitur, quique cum audit loquentem.

3. Hinc citati pro prima sententia docent à viatori- bus non posse nomen imponi, quod Deum quidditatiuè, & vt est in se, significet; posse tamen eiusmodi nomen imponi à Beatis, quia nimirum hi Deum, vt in se est, concipiunt, & vident, ac proinde ad illum significandum pos- sunt nomen imponere; secus autem viatores, qui cum vt in se est, non percipiunt. Cum autem significatio, vt di- ximus, audienti, siue relata ad audientem sit, Henricus expressis alijs ait: à Beatis, multoque melius à Deo im- poni posse nomen quidditatiuè, & vt in se est, significans; non autem à viatoribus, sed Beatis solum: id quod nec reliqui, qui cum ipso sentiebant negare poterunt. Vas- quez verò contra censet, non solum Beatos, sed & via- tores posse Deo nomen imponere, quod ipsum quidditati- uè, & sicuti est significet. Siquidem quouis nomine à viatoribus significetur, ex eo Beati, qui Deum clarè vi- dent sicuti est, ad quidditatiuè videndum excitabuntur. Refert pro se Scotum in 1. d. 22. qu. vnica. Okamum, & Gabrielem ibidem art. 3.

4. Vt autem clarius, ac sine vllo amphibologiae peri- culo nostram sententiam proferamus, circa illud primum dubium opinionem oportet præmittere. Censeo ergo cum Doctoribus primæ sententiæ: significationem nominum, iuxta perfectionem cognoscendi rem, ad quam significan- dam impostum est, in eo, qui ipsum imponit taxandam, metiendamque prorsus esse. Neque hanc veritatem pen- dere ex eo, quod voces, seu nomina conceptus nostros formales, ea imponentium significant, vt censet Vasquez c. 1. num. 1. sine. Etenim, licet res obiectas significant, eor- umque ad placitum signa sint, eas tamen non aliter signi- ficare possunt, quam vt ex parte obiecti proponuntur, & representantur: quare aliter, quam eis obiectantur signi- ficari per voces, quæ, vt res ad placitum eorum signifi- cent, imponuntur, assumi ab imponentibus minime pos- sunt: cum id, quod de re non percipiunt velle significare minime possint. Etenim, qui de Deo omnipotentiam solum cognouerunt: cum ad id, quod de Deo cognouerunt, significandum alijs Omnipotentia, vel omnipotentis no- men imposuerunt, ad alia quæ de Deo non nouerunt si- gnificanda illud instituerunt, nec voluerunt, nec velle po- tuerunt, v.g. Iustitiam, Immenstatem, Trinitatem; imò neque eis ad id significandum sibi vicissim vti possunt.

5. Quod autem tot exemplis adductis Vasquez probat id solum profecto est: ex nominis vnus, quod de Deo di- citur, auditione, posse in eo, qui alia de Deo, vel Deum aliter, atque is, qui nomen imposuit, aliunde nouit ad eum aliter cognoscendum, vel alia plura de eo cogitanda, excitari aliunde posse: nimirum ex adseruatis à me actæ alterius aliunde habitæ de Deo cognitionis speciebus; non autem ex vi significationis nominum Omnipotentia, aut Omnipotentis. Confirmatur: quia alias his, qui plura de Deo prædicata norunt, imò omnia tam essentialia, quam attributalia, & personalia amplius omnipotens, quam iis, qui pauciora norunt, vi significationis intimaret: imò idem omnino quod prædicata Dei omnia: quod ipsum de quouis Dei nomine dicendum cum sit, ex dictis omnia Dei nomina synonyma forent: quod est & absurdum, & falsum apertè, alioqui iustitia est misericordia, Omnipotencia,

ORTEGA
In J. part
D Via

tentia, &c. in sensu non solum identico, sed formali verè de Deo dicerentur.

6. Inde vero absurdo non mediocriter fieri, innumeras propositiones in sensu formali apud omnes falsas verum habere. Denique ratio est: quia, licet voces, & nomina, & alia, quæcumque ad loquendum aliis signa ad placitum, nostros conceptus ad placitum non significant; aut nostrorum conceptuum apud alios substituta sunt: quare in representando aliis obiecta significative metas representandi obiecta, quas formales nostri conceptus de obiectis habent, prætergredi nequeunt. Quoniam vero, ut nos cum omnibus supponebamus, nominum impositio ad significandum aliis instituta, nataque est, ac proinde audiendum, siue eorum, ad quos sermo est, percipiendi, quod significari intenditur, capacitatem concernit sit plane, ut non, nisi ad eodem modo percipientes, vel iuxta modum saltem, quo possunt percipere, significatio nominum esse possit. Etenim, si obiecta aliter, quam possent ab eis percipi nomina, & signa illis significarent, qui eis ad illos loquerentur, fabellam, ut aiunt surdo narrarent.

7. Licet autem vera omnino hæc sint. Verum etiam est ab eo, qui superiori modo cognoscit obiecta, dum tamen modum inferiorem ea cognoscendi, quem solum ipse, ad quos loqui vult, habent, habereque, vel natura sua, vel ex accidenti, aut statu suo possunt, nomina ipsorum capacitati significantia rebus possit imponere; licet non eo modo, quo significant aliis eas ipse percipiat: quia tunc, licet casualiter & indirectè ipse percipiat, absolute tamen res percipit, neque significationem nominum e sua cognitione vult metiri, sed ex eorum capacitare, & modo cognoscendi sibi notis, quibus cum loquitur. Licet enim nemo rem ultra id, quod de ea nouit, vel ultra modum, quo eam nouit, significare aliis possit velle, ut supra dicebamus: aut minus de ea, ac imperfectius aliis significare velle optime potest, ac non in totum voces, suo conceptui substituere. Unde constat quid veri, quidve falsi in eis Doctorum opinionibus, & distinctionibus sit de possibilitate imponendi nominis quidditatiui Dei à viatoribus respectu Beatorum, & à Beatis respectu viatorum.

8. Denique sciendum est nomen Deum significans posse esse significans Deum quidditatiue, seu essentialiter, ac non quidditatiue, & essentialiter, sed accidentaliter. Primum est, quod Dei essentiam significat. Secundum est, quod non Dei essentiam, sed eius accidentia seu affectiones designat: cum autem in Deo accidentia, seu affectiones eius essentia physice, siue, ut physice est, adesse non possint, sit, ut nomina Deum non quidditatiue, & essentialiter, sed accidentaliter significantia in nomina ipsum physice, siue, quatenus physice est, significantia, & quatenus metaphysice est diuini nequeant: Cum necessario ipsum quatenus metaphysice est nomina extra essentiam ipsius debeant significare: contra verò in nominibus Deum quidditatiue significantibus res enunt. Cum enim in duplici ordine, & physico, & metaphysico quidditas, & essentia Dei inueniatur, nomina Deum quidditatiue significantia in duo membra diuini merito queunt, nempe in ea, quæ Deum quidditatiue, & essentialiter metaphysice loquendo significant, & in nomina, quæ Deum quidditatiue, & essentialiter physice, siue, ut in se physice, & realiter, representant. De quibus postremis nominibus solummodo questio esse potest. Nam de nominibus essentialiter, vel extra essentialiter, seu accidentaliter metaphysice ipsum significantibus possibilia esse, atque à nobis ipsum per species alienas, atque sensibilibus ad instar cogitantibus imponi posse, atque ita à nobis effabilem esse questio non est. Cum tota Theologia imponi ita à nobis, cuique nos vii posse, ac Deum, deque Deo effari prius demonstraret.

9. In eo solum questionis præsentis vertitur Cardo. An Dei nomina quidditatiue physica, siue eius quidditatem physicam, aut eam, ut physice in se est, significantia imponi à creatura rationali queant: an nequeant? quod ipsum est Deum, ut in se physice est, à creatura rationali effabilem esse, vel ineffabilem. Quoniam vero in Deo, ut physice, & ut in se est duplex obiectibilitas, seu representabilitas confidetur (ut de comprehensione, & incomprehensibilitate agentes dicebamus qu. 4.) altera quasi ostensiva, altera vero intensiva, cuique Dei comprehensio adæquari debeat. Deum quidditatiue physice, & ut in se est

effari nominibusque significare dupliciter cogitare valeamus: vel, ut in se physice est, secundum eius quasi extensionem, vel secundum eius quasi intensionem, seu omnimodam intrinsecam obiectiuam cognoscibilitatem.

CERTAMEN II.

*Dei à creatura rationali quidditatiue physica ineffabilitas comprehensua ac non comprehensua etiam nature vi-
ribus certa omnino est; secus secunda
supernaturaliter.*

1. Prima conclusio. Deus quidditatiue physice sumptus comprehensua effabilitas omnino ineffabilis à creatura, imò & à Deo creatura est. Est omnium scholasticorum axioma fere dogmaticum; idque solum voluit Henricus citatus, asserens Deum non posse seipsum effari, adhuc Beatis, secundum rationem immensitatis, non quidem, quæ attributum est, quasi in ordine ad locum, sed in intelligibilitate immensa, seu infinita, & summa obiectiua: quiddid primo modo cum Scotus intelligat. Hanc conclusionem suadent Testimonia Patrum statim referenda ac definitio Concilij Lateranensis recitata qu. 4. cert. 2. nem. 3. ex cap. *firmiter*: ratione insuper Theologica. Et primo quoad primam partem: Etenim cum nominis significatio conceptus qui in imponentibus illud est, representationem prætergredi nequeat atque ex alia parte nulla omnino cognitione creata comprehendi Deus possit, ut fere dogmaticum est, sit plane, ut Deus à creatura vlla nomine ipsum, ut physice est, comprehensiuè significante dici nequeat. Secunda pars aqua facilitate probatur: quia nulli aliquis loqui potest de re aliqua, nisi iuxta modum, quo ipse illam potest percipere, ut etiam ostendimus: ergo cum creatura nequeat Deum comprehensiuè percipere, nequibit nomine sui comprehensiuo loqui Deus creatura.

2. Secunda conclusio. Deus quidditatiue physice sumptus, siue, ut in se physice est creatura viribus naturæ solis ineffabilis est alteri creaturae viribus eisdem relicta. Hanc conclusionem tenent etiam omnes, atque, ut minimum, sensu Deum ineffabilem dictum credo, ac definitum cap. illo firmiter, de summo Trinit. atque dictum à Dionysio 1. de diuin. nomin. *Dei neque nomen esse, neque sermonem*: à Iustino Martyre Apolog. 2. pro Christian. & Orat. Parænetica med. *Deo nomen imponi non possit*. Inquam sententiam scripsit etiam Nazianz. Orat. 34. 2. de Theolog. ex Platone in Timæo, ac passim Patres alij. Ratio vero Theologica est: quia creatura Deum, ut physice in se est, naturæ viribus solis cognoscere nequit: ergo neque nomen quidditatiue physice, & ut in se est, sumpti Dei, imponere, aut cum ita effari poterit. Probatur consequentia: quia nominum significatio nequit excedere in significatione obiecti modum representandi illud, quem imponentium cognitio habet: item, cum locutio audientis capacitati perceptiue conformari etiam debeat, aliter quam creaturae viribus naturalibus relicta intelligere Deum possint nomina illis significare, aut ad illas loqui nemo potest: cum autem creatura ex naturalibus Deum, ut physice in se est, nequeat intelligere, neque pro eis nomina quidditatiue physice, & ut in se est Deum significantia poterunt à creatura rationali naturæ viribus imponi.

3. Dico tertio. Creatura rationalis è solis naturalibus viribus nequit nomina quidditatiue physice Dei, seu, ut in se est, etiam pro Beatis imponere: est contra Scotum, Gabrielem, Okamum, & Vafq. supra citatos. Probatumque ex eodem principio, eademque ratione, qua prima conclusio secundæ pars proximè probatur: quia nimirum nominum significatio nequit prætergredi modum representandi obiecta, qui in cognitionibus ea imponentium est: sentandi obiecta, qui in cognitionibus ea imponentium est: atque creatura rationalis cognitio, è solis naturæ viribus nequit Deum quidditatiue physice ei representantem: ergo neque eius nomina creaturae, adhuc beate eum quid

quidditativè physice, seu vt in se ipsa est, significare, Patet vltima consequentia: quia nomina nequeunt obiecta, quæ significant vltra suam significationem significare: esto alius aliunde melius audito nomine ea valeat percipere, atque per illud ad melius ea percipiendi excitetur, vt Beatis in re presenti potest contingere. Id enim vt diximus cert. 1. non ex vi significationis nominum est, sed aliunde ex aduersariis speciebus beatæ visionis, quæ eo nomine Dei abstractio auditio excitantur: atque inde cum lumen gloriæ, & species impressa Dei adsit, Dei visionem eliciant.

4. Denique conclusio quarta sit. Dei nomen quidditativum physice, seu vt in se Deus est significans, neque à Deo ipso, neque à Beatis pro creaturis rationalibus relictis ad naturæ vires imponi potest: Bene tamen pro Beatis ipsis, aut aliis, qui è Dei privilegio adhuc in statu viæ Deum vident: quare absolute à creatura rationali non posse absolute quidditativum physice Dei nomen imponi dicendum est. Hæc conclusio est Nostri Valsq. citati, & reliquorum, quos pro veritate opinionis certam. 1. referemus. Probat: quia creaturæ viribus naturæ relicte nequeunt Deum, vt in se est percipere: Beati autem ita cum percipere possunt: quare, licet, & Beati eiusmodi nomina quidditativè physice Deum significantia absolute possint imponere, quia ita cum cognoscunt, ac respectu ita cum percipiuntur tunc ac cordate possint: at respectu eorum qui Deum ita percipere non valent non magis ea imponere possunt, quam surdis, aut trunco loqui. Ex quibus omnibus constat Deum nomine sui comprehensivum ineffabilem creaturæ omnino esse tam actiue, quam passivè ineffabilem: atque utroque modo creaturæ relicte viribus naturalibus esse quidditativè physice respectu etiam Beatorum ineffabilem. Secus autem actiue, & passivè Beatis, seu Deum vt in se est videntibus inter se.

DISPUTATIO VI.

De attributis Dei negatiuis definitione.

TRIPTYA Dei negatiua definitione ea, vt diximus sunt, quorum nomen negatiuum non est, sed positivum; at, quod ea significatur non nisi negatione à nobis explicatur, ac definitur. In his vero sunt spiritualitas, vel immaterialitas, seu spiritus prædicatum, quod negatione corporis, seu prædicari corporeitatis à nobis explicatur. Simplicitas quæ negatione compositionis, (cuius occasione an Deus totus possit vt forma aliquid cum creatura aliqua vt subiecto componere disputabimus.) æternitas, quæ negatione termini in duratione definitur, idemque quod immortalitas est.

QUESTIO I.

De Dei spiritualitate, seu incorporeitate.

QUESTIONEM hanc de Dei spiritualitate magna ex parte cum Questione de Dei simplicitate confundunt Antiquiores nonnulli, existimantes substantiam simplicem, præsertim res docti Recentiores minime repugnare opinentur, quæstio de Dei spiritualitate diuersa omnino est à quæstione de Dei simplicitate, seu incompositione, substantiali adhuc. Cum, est corporeus forer Deus simplex tamen absolute essentiali substantiali compositione esse posset. Item, licet spiritualis sit, vt esse hic ostenditur, ex eo tamen conceptu realis, & vera in eo compositio, tum ex essentia, & substantia, seu personalitate, quæ in Angelis vul-

go admittitur, tum ex substantia, & accidentibus non excluderetur: quare Dei spiritualitate statuta, quæstio de eius simplicitate & incompositione locus maneret.

CERTAMEN I.

Deum spiritum esse non corporeum dogmaticè contra errores stabilium.

EX Philosophis Deum esse corporeum Stoici docuerunt: dicebant enim Deum esse hunc mundum, qui sensu percipitur, teste Damasceno de hæres. Licet enim Epiphani. hæresi 5. eos animam mundi fecisse Deum asserat; id tamen de eorum aliquibus solum refert Damascenus ibidem. Et licet id omnes cum Democrito docuissent, non inde ab eo purgarentur errore cum anima corporea esse possit, sitque de facto in compositis naturalibus pluribus. Maxime cum iidem cum Democrito apud Euseb. 14. præpar. Euang. cap. 6. Epiphani. & Damasc. citatos Deum, quem mundi animam putarent, ignem pilæ formam habere docuerint, pro eodem errore Thaletem Miles. Euseb. ibi expressè retulit atque Anaximenem Angustin. 10. Confess. pluresque alios Cicero 1. de natura Deor. nec pauciores Aristoteles 1. physicor. alios eorum errores referens, qui hunc etiam supponunt, de illis enim lib. 4. text. 52. & 57. ait nihil non corporeum intelligere vnamquam potuisse. In eundem etiam errorem impingere Philosophi omnes, qui sap. 3. ignem, aquamve nimiam, Solem, aut Lunam Rectores mundi putabant. Ac tandem gentiles omnes, Philosophi etiam, qui Romanor. 1. commutauerunt gloriam incorruptibilem Dei in similitudinem hominum: volucrum, quadrupedum, &c.

2. Ex his vero, quibus fidei veræ lumen affulsit in eodemprehenduntur errore ex Iudeis Sadducæi Actor. 23. Atque ex Christianis Manichæi apud Augustin. de hæresi, c. 46. 3. confess. c. 7. & epist. 74. cuius erroris inter eos Antesignanus extitit Audius, vel Audæus pius alias monachus, tempore Arrij teste Epiphani. & Damascen. suprar licet cum sub Valente, & Valentiniano Imperatore ponat Theodoret. 4. hæret. fabular. c. 13. & 4. histor. cap. 19. cui Tripartita consensit lib. 7. c. 11. Nicephorus autem sub Iunior Theodosio, ac Recentiores tandem de eius tempore non conueniant: de eius nomine asclea Audiani, vel paulo immutata voce Odiani, vel Vadiani ab Augustino dicebantur. De errore vero ipso Antropomorphitæ. Nec de sunt qui præfatos hæreticos ab eo errore purgare velint. Nam Damasc. supra, & Aug. hæresi, seu c. 50. Ex Epiphanio id schisma eorum, non hæresim fuisse affirmant; licet durissime illud Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ab eis asserant explicari, quia id nimirum de hominis ad Deum similitudine secundum corpus explicabant. In quo tamen error aperte me iudice continetur.

3. De eodem incutatur errore Tertull. ab August. 10. de Genesi ad litter. cap. 25. vbi contraria docuit. Et ait: cum Deum impossibilem Catholice semper teneat, & tamen 8. de anima, corpus omne passibile dicat; cum superius corporeum dixisset Deum. Eum tamen ab eiusmodi errore excusat de hæresi. c. 86. quasi solum velit asserere Deum non esse inane quid, & fictum, sed verum, cum corpus cum dixit. Non secus atque ad Colossens. 1. dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter: id est, non fictè, & apparenter inhabitare. Et quidem neque citato loco de anima is apud Tertullian. legitur error, neque locus alius eius ab Augustino aliique Recentioribus, qui Tertullianum Antropomorphitis adiungunt, notatur. Sed notatur tamen à Nostro Valsquez 2. aduersus Marcion. c. 16. vbi cum errorem his verbis expressit. Quanta erit diuersitas diuini corporis, & humani, sub eisdem nominibus membrorum, tanta erit diuersitas, & animi diuini, & humani differentia, sub eisdem licet vocabulis sensum. Nec refert lib. de Trinit. cap. 6. & 7. fusè ostendere Deum spiritum esse: is enim liber Tertulliani non est, sed Nouatian,